Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Nicolaus Schütze Eberhard Schnell

# Conclusiones De Advocatis Iuridicae

Rostochii: Pedanus, 1634

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731641671**

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Rechtsbeistand

Schütte - Schnell - Vert.

1634.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731641671/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731641671/phys_0002
DFG

# CONCLUSIONES DE ADVOCATIS JURIDICÆ,

*QUAS*

DEO AUSPICE,

Autoritate ac Decreto Magnifici, Ampliſsimi JCTORUM COLLEGI inclutæ *Univerſitatis* ROSARUM,

*PRÆSIDE*

*Viro Clariſsimo, Conſultiſsimo, Excellentiſſimo,*

DN. NICOLAO Schütten/ U. J. D.

Profeſſore Codicis, ac p. t. Facultatis Juridicæ DECANO,

*Pro*

*Conſequendis ſupremis jure in utroq; honoribus ac privilegiis,*

Examinandas ad diem XXVIII. Auguſti proponit publicitùs

EBERHARDUS Schnell / Friſo-Orientalis,

*Loco, horisq; ſolitis.*

ROSTOCHII,
*Literis* JOACHIMI PEDANI, *Acad. Typogr.*
ANNO M. DC. XXXIV.

11
19
Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731641671/phys_0003
DFG

*Per-illuſtri ac Generoſiſſimo*
*Comiti & DOMINO,*

# DN. UDALRICO,

## Comiti Friſiæ Orientalis, Dynaſtæ in Eſens/ Stedesdorff/ & Wit-mund/

*Domino meo Clementiſſimo.*

PER-ILLUSTRIS, GENEROSISSIME COMES,

*Domine Clementiſſime,*

PATRIÆ, quæ Nemini-non, abſenti comprimis, in deſideratiſſimis; PATRIÆ, inquam, ſi omne-univerſum, quod quis in BONIS habet, debeatur, etiam VITA, quâ fruimur; næ PATRI-PATRIÆ eò id debebitur magè! Hâc ergò animi-mente GEN.tati V.ſtræ Bonum, an Donum? BONÆ-MENTIS impræſentiarum etiam atq; etiam devotè obfero; acceptum ut ſit, voveo; V.ſtræq; GEN.tati unà-pariter cum ILLUSTRISSIMA PRINCIPE, Conjuge, ac HEREDE utroq; juniori, quò poſſint

*Et Pylios æquare dies, & flore ſenili*
*Fatô præſcriptas ÆVI tranſcendere metas*

auguſtô, non anguſtô, votô precor

V.ſtræ GEN.tati

*Roſtochi Calend. Auguſtis,* ∞. DC.XXXIV.

*Vel Soldurioram lege* devotiſſimus

EBERHARDUS Schnell.

# IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI,

SIne quô quærere Sapientiam, non ſani, ſed ægri eſt, non prudentis, ſed ſtulti, aſſiduâ laborantis ægritudine, *ſecund. Auguſtin. in c. quia ſine ſalvatore, 26. quæſt. 2.* in quô eſſentiale, quod in Nobis eſt accidentale, *Anti-Machiavell. lib 2. theoremat. 2. pag. mihi. 247.* à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum, *Jacob. 1. verſ. 17. & c. quàm pio. 1. quæſt. 2.* ad ſolennis hujusce Diſputationis Actum progredimur, *l. 1. pr. C. de off. Præf. præt. Afr.*

## Eſto igitur CONCLUSIO PRIMA.

ADVOCATUS (a) eſt, qui alterius (b) cauſæ controverſæ (c) in jure (d) ſive orando (e), ſive ſuggerendo conſilia (f), ſeu modo alio (g) operatur (h).

a) Ita paſsim *in tit. C. de advocat. diverſ. judicior. & tit. C. de advocat. diverſ. judic.* Itemq; ipſe CHRISTUS, *1. Iohan. 2. verſ. 1. facit text. Roman. 8. verſ. 34. in fin. & Hebr. 9. verſ. 24. in fin.* dicitur, *ab advocandô*; quòd advocetur plerumq; ab alijs, ut cauſæ merita diſcutiat, juvet, proponat, *Gothofred. in rubr. C. de advocat. diverſ. judicior. lit. i. Umm. diſput. ad proceſſ. judiciar. 2. theſ. 4. n. 18.* Neq; enim ſe ſolet ingerere Advocatus, *arg. l. quæ omnia. pr. ff. de procurat. l. ſcire oportet. §. fin. ff. de tutor. & Curat. dat. ab his &c. l. Uxori. §. 1. ff. de L. Cornel. de falſ.* aut ſuum impertiri officium, niſi rogatus, *text. in l. 2. ibi: deſiderantibus. C. de poſtuland. l. petitionem. ibi: petentibus. C. de advocat. diverſ. judicior. l. ab hoſtibus. §. fin. in fin. ibi: quærit ad-*

*rit advocatum. & l. ait prætor. §. fin. in fin. ibi: advocationes poſtulare. ff. ex quib. cauſ. major.* Non attentô, quid ſcribat *Rofred. in tractat. libellor. rubr. de conſtit. per l. ſi qui deſideria. C. de ſuffrag.* quaſi in Curijs Domini Papæ, Dominiq; Imperatoris advocati proſtent, & in quæſtu pro meretrice ſedeant, venalesq; ſe exponant; frondes habeant in capite, ut equi vendibiles, & occurrant venientibus, dicentes: *bene veniatis, Domine; quid habetis facere in Curiâ; ſi vobis eſt neceſſarium meum ſervitium, præcipiatis, &c. Vide Speckhan. quæſt. jur. centur. 2. claſſ. 4. quæſt. 44. n. 4.* Vocatur aliàs Cauſidicus, *l. quisquis. pr. & §. fin. l. ſeq. C. de poſtuland. l. 2. l. jubemus. in fin. C. de advocat. diverſ. judicior.* Unde cauſidicina, *apud Ammian. Marcell. lib. 30.* ſicut juridicina, *Tertullian. in libr. de pallio.* & indicina, *Apulei. lib. 7. Metamorph. Gothofred. in rubr. C. de advocat. diverſ. judicior.* Item cauſarum patronus, *l. 1. l. quicquid. l. advocati. C. de advocat. diverſ. judicior. l. velamento. C. de poſtuland. l. properandum. §. illo procul dubio. & l. ſeq. §. 1. C. de judic. l. 1. §. in honorariis. ff. de var. & extraord. cognit. c. infames. 3. pr. quæſt. 7.* poſtulans, *l. 1. §. poſtulare. & §. ut initiò. ibi: poſtulantium. ff. de poſtuland. d. c. infames. pr. Damhouder. in prax. civil. cap. 96. n. 1.* togatus, *d. l. properandum. §. illo procul dubio. C. de ſportul. & ſumtib. l. 3. l. quicquid. l. quisquis. pr. l. nemini. §. 1. verſ. filios. l. poſt duos. C. de advocat. diverſ. judicior. l. laudabile. §. fin. l. fin. C. de advocat. diverſ. judic. l. fin. C. de poſtuland.* à togâ, *l. iisdem. C. de advocat. diverſ. judicior.* fortaſsis; quòd togâ amictus cauſam oraret in foro, *Azo in ſumm. n. 3. C. de poſtuland.* Hinc togatus ordo, *apub Sidon. Apollinar. quem citat Calvin in lexic. juridic. verb. togati.* & togatorum profeſsio, *Caſsiodor. lib. 3. epiſt. 33.*

b) *l. 1. §. poſtulare. ibi: amici ſui. ff. de poſtuland. d. c. infames. 3. pr. quæſt. 7.* Imperiti comprimis jurisq; ac legum neſcij, & illegalis, *per text. in l. necquicquam. § pen. ff. de offic. proconſul. d. c. infames. §. permittitur. & §. item pro iis. Petr. Gregor. Tholoſan. lib. 49. ſyntagmat. jur. univerſ. cap. 6. n. 36.* publici intereſſe causâ, *l. ſervum. §. publicè utile eſt. ff. de procurat. d. l. necquicquam. §. pen. ff. de offic. proconſul. VVeſemb. ad tit. C. de advocat. diverſ. judicior. n. 1. circ. fin.* in tantum, hôc ut ab officiô publicô, *l. 2. verb. poſtulare. ff. de R. I.* vitæq; hominum apprimè neceſſario, *l. laudabile. pr.*

C. de

C. de advocat. diverſ. judic. ne per juramentum, ceu bonis moribus contrarium, ideoq; nec obſervandum, Jaſ. in Auth. ſacramenta puberum. n. 12. C. ſi adverſ. vendit. Covarruv. in c. quamvis. p. 1. §. 6. n. 18. de pact. in 6. Setſer. de jurament. lib. 1. cap. 17. n. 7 & ſeq. ſe quis ſubtrahere, per c. ſi diligenti: ibiq; Panorm. extr. de for. competent. c. innocens. in fin. verſ. juramentum. ibi: indigenti miſericorditer non ſubveniret. & c. unusquisq;. c. eſt jam. 22. quæſt. 4. quinimò ad hoc cogi poſsit, text. in l. providendum. verſ. ſi qui. C. de poſtuland. Ruland. de Commiſſion. part. 1. lib. 2. cap. 25. n. 12. & infrà concluſ. 4. lit. b. Alterius non tantùm, verùm & propriæ ſuæ cauſæ operari poteſt Cauſidicus, l. 1. §. poſtulare. ibi: deſiderium ſuum. ff. de poſtuland. d. c. infames. pr. 3. quæſt. 7. videatur concluſ. 8. lit. b.

c) Seu criminali l. 2. in fin. C. de exhibend. reis. l. per hanc legem. §. fin. ibi: aut criminali quæſtionis obtentu. C. de advocat. diverſ. judic. Sive civili, d. l. per hanc legem. §. fin. ibi: ſeu civilis cauſæ. C. Eod. l. ſi qui advocatorum. ibi: certæ partis. C. de poſtuland. quæ juſtè agi ac defendi poteſt, Petr. Gregor. Tholoſan. d. lib. 49. ſyntagm. jur. univerſ. cap. 6. n. 12. v. infrà concluſ. 5. lit. b. Legulejorum quidem ac Rabularum forenſium (vultures togatos eos vocat Apulei. lib. 10 metamorph. Cœl. Rhodigin. lib. 8. c. 18. Taubman. in commentar. Plaut. Curcul. act. 2. ſcen. 2. fol. mihi. 283. paludatos, Cicer. in orat. pro P. ſeſtio. viliſſima capita, forenſia pecora, Lipſ. centur. 1. epiſt. 8. viperas ſibilantes, idem in not. ad politic. linguoſos, injurioſos, & dilaniatores pauperum, Johan de Plat in §. fin. inſt. de ſatisdat. qui audacter cum Cicerone profitentur, tribus ſe menſibus futuros JCtos, Schönborn. lib. 3 politicor. cap. 41. in princ.) paſcua eſſe lites injuſtas, ait Cagnol. in l. 2. §. poſt originem. ff. de origin. jur. ibiq; Zaſ. VVehner. in obſerv. pract. verb. Juſticiweſen pag. mihi 408. eisq; nutriri ac conſervari, ceu quatuor Elementis, graviter ediſſerit idem Zaſ. ut eum allegat Parthen. Litigios. lib. 1. cap. 9. n. 41. quorũ ſi nares afflaverit cujusquàm rubiginoſi aura marſupij, confeſtim videbis, illis oculos Argi & manus Briarei, & Spyngarum ungues, & perjuria Laomedontis, Ulyſſis argutias, Sinonis fallacias, fidem Polymneſtoris, & pietatem pigri Leonis adhiberi, aſſerit Caſſiodor. referente Schönborn. d. loc. Næ in hoſce, quadrare in aliquos ſi poterit, quadrat vulgare illud, à Plu-

tione, non homine excogitatum dicterium, ( ſeu potius invectivum etiam in Advocatos BONÆ MENTIS ac CONSCIENTIÆ) nempe; Juriſten böſe Chriſten / Ruland. d. tractat. de commiſſ. part. 1. lib. 7. cap. 1. lit. l. in fin. Vel, Juriſten jurgiſten/ quòd jurgia excitent, etymô ab effectu ſumto, juxta Everhard. in topic. loc. ab effectu, & loc. à vi fiction. à quô neq; abſimile eſt, quod dicitur; Juriſconſultus eſt quaſi ruris tumultus, Parthen. Litigioſ. lib. 1. cap. 7. n. 32. Sed de veris, maximeq; conſcientioſis Advocatis longè aliter, ac meliùs ſentiendum, ut infrà latiùs.

d ) hoc eſt, in locô, in quô jus à judice aut Magiſtratu dicitur, l. pen. ff. de juſtit. & jur. rubr. ff. de in jus vocand. rubr. ſi in jus vocat. non ierit. & rubr. ſi quis eum, qui in jus vocat. l. fin. ff. de ceſſion. bonor. l. qui mutuam. §. 1. ff. mandat. & quidem à parte actoris, in forô competente, ubi reus reſpondere neceſſum habet, advocatio inſtituenda eſt, per text. in l. 2. C. de juriſdict. l. fin. C. ubi in rem act. c. ibi ſemper cauſa. & c. pulſatus. c. neminem. 3. quæſt. 6. c. ſi clericus, c. cùm ſit generale. extr. de for. competent. concordat Oſtfrieſiſch Landrecht lib. 1. tit. wat een Gerichte. §. ock ſal een Richter. Sortitur autem Reus forum ordinarium commune (de forô ordinario ſingulari, puta: judiciô auſtregarum, & cæteris; itemq; extraordinario, videantur paſſim Dd.) vel ratione domicilij, l. 2. §. legatis. & §. ſed ſi. ibiq; Dd. l. heres abſens. §. proinde. & §. fin. ff. de judic. l. 2. l. 5 pr. C. de juriſdict. l. fin. C. ubi in rem actio. l. 3. C. ubi cauſ. ſtat. agi oport. c. fin. extr. de for. competent. ibiq; Felin. Panorm. & alij. vel ratione contractûs, c. fin. c. dilecti. ubi Socin. n. 9. extr. Eod. c. 1. §. contrahentes. Eod. in 6. c. 1. de privileg. in 6. d. l. heres abſens. pr. & § ſi quis tutelam l. cùm furioſus. §. 1. l. argentarij pr. ff. de judic. l. 1. ff. de eo, quod cert. loc. l. vinum. ff. ſi cert. petat. vel ratione delicti, l. 3. ff. de offic. præſid. l. ſi cui crimen. §. pen. & l. fin. ff. de accuſat. l. 1. & Auth. quâ in provinciâ. C. ubi de crimin. agi oport. c. qui crimen. 2. quæſt. 8. c. ibi ſemper. 3. quæſt. 6. c. licet ratione: extr. de for. compet. c. Romana. §. contrahentes. Eod. in 6. vel ratione rei ſitæ, l. quod legatur. ff. de judic. l. 1. & l. fin. C. ubi in rem act. l. imperatores. ff. de publican. & vectigal. l. ſi res. ff. de R. V. l. fin. C. de præſcript. long. tempor. c. fin. extr. de for. competent. d. c. 1. de privileg. in 6. vel etiam ratione continentiæ cauſarum, latè Petr.

Frider.

*Frider. Mindan. lib. 3. proceſs. de continent. cauſar. cap. 2. & ſeqq. Matth. Stephan. de juriſdict. lib. 1. cap. 32. Gœdd. c. 1. n. 26. de prohibit. ſequeſtr. & alij.* De fori autem incompetentiâ ipſe judex cognoſcere poteſt, *l. 2. ff. ſi quis in jus vocat, l. ſi quis ff. de judic. Gœdd. d. c. 1. n. 10. & ſeq. Zanger. de except. part. 2. cap. 1. n. 447. Gail. 1. obſ. 34. Græv. lib. 1. concluſ. pract. 34.*

e) text. *in l. quisquis. §. apud urbem. ibi: eò usq; liceat orare. C. de poſtuland. l. 2 §. Servius. ibi: cauſas oranti. ff. de orig. jur. l. ſi quis de togatis. in fin. ibi: nec cauſas orare. C. de advocat. diverſ. judicior. c. infames. 3. verſ. apud. urbem. quæſt. 7.* hoc eſt, narrando apertè, proponendo diligenter, concludendo acriter, confirmando ſolidè, nec fundendo verba, ſicut capra ſtercora, *Angel. in l. fin. C. de dot. promiſſ. Tiraquell. in præfat. ad l. ſi unquam. n. 117. C. de revocand. donat. Parthen. Litigios. lib. 2. cap. 7. n. 28.*

f) *Per text. in c. ut commiſſi. de hæretic. in 6. Clement. Romani. circ. fin. de jurejur.* Cammergerichts Ordnung/ *part. 1. tit. 19. in fin. pr. ibi.* in ihren Sachen rathen. etenim conſilij moderatione quicquid perficitur, pœnitentiæ rubore haut conſuevit perfundi, *ſecund. Accurſ. in Novell. 23. Rittershus. in commentar. ſuper Novell. part. 10. cap. 1. text. Siracid. 33. verſ. 24. & cap. 37. verſ. 20.* omniaq; omninò, quæ conſilio rectè geruntur, jure meritoq; effectu & firmitate nituntur, *l. dubium non eſt. C. de poſtuland. Anti-Machiavell. lib. 3. theoremat. 37. pag. mihi 922. Tacit. lib. 2. annal.* Iccircò mulieres, quemadmodum ad oppida & Eccleſias ſe conferunt pro indulgentijs ac feſtivitatibus; Ruſticiq; ad nemora pro lignis; ita pro conſilijs Advocatos adire, peritioresq; conſulere debent, *Bald. in l. juris ignorantia. ibiq; Jaſ. C. qui admitt. ad bonor. poſſeſ. Everhard. in Topic. loc. à defect. form. n. 8. Peck. de teſtam. conjug. lib. 1. cap. 34. n. 3. & lib. 3. cap. 4. n. 2. Hering. de fidejuſſor. cap. 8. n. 107.* Ceterùm datô bonâ fide conſilio; eventu autem minùs pro lubitu ac ſpe reſpondente, quod ſæpiùs uſuvenire hodieq; experimur, *Cominæus comment. lib. 4. pag. mihi 430. in fin. Bodin. de Republ. lib. 3. cap. 1. n. 253. Plaut. in pſeudol. act. 2. ſcen. 3. ibi: centum doctûm hominum conſilia ſola devincit Dea* FORTUNA, advocatus regulariter exindè hautquaquam tenebitur, *per l. 2. ff. mandat. l. conſilio. l. fraudis. ff. de R. I. l. eleganter. §. fin. l. quod venditor. ff. de dol. l. 2. ff.*

de pro-

*de proxenet. l. cùm pater.§. mando filiæ. ff. de legat. 2. c. nullus ex conſilio. ibiq; Peck. de R. I. in 6.*

g) *Vide infra concluſ. 6.*

h) *l. 1.§. advocatos. ff. de var. & extraord. cognit.* Schönborn. *d. lib. 3. politicor. cap. 41. in fin.* Deſcribitur aliàs, quòd ſit, qui deſiderium ſuum, vel amici ſui apud eum, qui jurisdictioni præeſt, exponit, vel deſiderio alterius contradicit, *d. l. 1.§. poſtulare autem eſt ff. de poſtuland. d. c. infames. 3. pr. quæſt. 7.* Advocatio autem eſt ipſa Advocati actio, poſtulatio, & patrocinium, *l. jubemus. pr. ibi: de advocationis officio. & l. laudabile.§. his inſuper. in fin. & §. ſeq. C. de advocat. diverſ. judic. l. ſeq. pr. ibi: profeſſionem advocationis deponere. & §. 1. in fin. C. Eod.* Hinc advocationes poſtulare, *l. ait prætor.§. fin. in fin. ff. ex quib. cauſ. major.* quandoq; ſumitur pro ipſô Advocatorum ordine, *l. cùm advocatio. l. jubemus. pr. C. de advocat. diverſ. judicior.* aliud eſt Advocatia, *de quâ V. Dec. in l. non videtur defendere. n. 7. de R. I. facit c. brevi. ibi: pro poſſe defendere. extr. de jurejur. Græv. lib. 2. concluſ. pract. 54. in conſiderat. remiſſ. Calvin. in lexic. juridic. verb. advocatia.* Vulgò, Vogtey / *VVehner. in obſerv. pract. verb.* Landherrn / *& verb.* Mundbahr / *& verb.* ſchirmverwandten / *itemq; verb.* Vogtey. Unde feudum Advocatiæ, quod ob defenſionem Urbis, Eccleſiæ, vel Monaſterij, principi aut Nobili tribuitur, *Vultei. de feud. lib. 1. cap. 8. n. 17. facit c. in quibusdam. pr. extr. de pæn. c. generali. de elect. in 6. c. hoc conſultiſſimo. de reb. eccleſ. non alienand. in 6. Clement. Romani. circ. fin. de jurejur.* quæ feudi ſpecies in Germania circa Civitates imperiales & liberas, temporibus noſtris, uſitatiſſima eſt, quarum Advocati dicuntur Schutz- oder Schirmherrn / *Vultei. & VVehner. citat. loc. adde reſolut. Cæſar. artic. 22. ibi:* als Obriſter Vogt vnd Schutzherr / *& artic. 25. ibi:* als obriſter *Advocat,* Vogt / vnd Schutzherr / *in accord. ſeu receſſib. Friſic.*

## Conclusio Secunda.

ADvocandi munus obire queunt omnes, lege, Canone, vel aliter ratione perſonæ, ſive alterius cujusdam accidentis hautquaquam prohibiti (a). Prohibentur

bentur autem Minor annis XVII. (b), mutus (c), ſurdus (d); item fæmina (e); cæcus (f), inſigni turpitudine notatus (g), clericus (h); tum advocatus fiſci (i) contra fiſcum (k), Vaſallus contra Dominum (l), donatarius contra donatorem (m), quisq; adverſus patriam (n), adſeſſor (o), judex vel arbiter (p), & alij (q).

a) *arg. l. 1. §. 1. ff. de teſtib. l. cum prætor. ff. de judic. l. 2. cum aliquot ſeqb. ff. de in jus vocand. l. ſi quæramus. l. ſi filiusfam. ff. qui teſtam. fac. poſſ. c. cùm apud ſedem Apoſtol. extr. de ſponſalib c. prohibentur. 2. quæſt. 1. & ſimilium.* Et excipiens in unô vel alterô, in cæteris videtur firmâſſe regulam, *per text. in l. nam quod liquidò. §. fin. ff. de penu legat. l. cum de lanionis §. cui fundum. ibi: videri eos ſolos legatos eſſe. ff. de fund. inſtr. & inſtrum. legat. c. cum inhibitio. extr. de clandeſtin ſponſalib & c. dominus. 32. quæſt. 7. c. 2. extr. de conjug. leproſor. Novell. 7. cap. 2. ibiq; gloß.*

b) *l. 1. §. initium. ff. de poſtuland. facit §. fin. in fin. Inſt. ex quib. cauſ. manumitt. non lic.* quia moderatam hanc ætatem ratus eſt prætor ad procedendum in publicum, *d. l. 1. §. initium. ibi: quia moderatam. ff. Eod.* quæ ratio videtur gloſſæ *ad d. l. 1. verb. ratus.* mirabilis; aitq; reddi eam de omnibus, quæ poſitivæ juſtitiæ ſunt, *facit l. non omnium. ff. de legib. & gloß. Germanica ad* Landrecht *Saxonic. lib. 3. artic. 51. verſ.* fragſtu aber mich. *Hering de fidejuſſor. cap. 3. n. 138.* Annô quidem XVII. in totum completo, *d. l. 1. §. initium. ibi: qui eos in totum complevit. ibiq; Gothofred. & d. §. fin. in fin. ibi: decimum ſeptimum annum impleverit. Inſt. ex quib. cauſ. manumitt. non lic.* Ita hâc ætate, aut paulò majori fertur Nerva publicitùs de jure reſponſitâſſe, *d. l. 1. §. initium. verſ. qua ætate. ff. de poſtuland.* ubi notant *Bald, & Dd.* eum qui XVII. annos complevit, ſi ſcientia honorem mereatur, JCti titulô inſigniri poſſe, *Treutler. vol. 1. diſp. 8. theſ. 1. lit. e. V. Matth. Stephan. de Juriſdict. lib. 3. part. 2. cap. 14. n. 69.* Neq; obſtabit, quòd Cæſar dicatur laudâſſe aviam pro roſtris annos XII. dumtaxat natus, *Petr. Gregor. Tholoſan. lib. 49. ſyntagmat. jur. univerſ. cap. 6. n. 21.* Non enim exemplis rarenter contingentibus, quæ temerè attendenda haut ſunt, *l. ea quæ rarò,*



*de R. I.*

*de R. I. l. 3. & l. ſeq. ff. de legib. Novell. 44. c. 1. §. 3. & Novell. 94. cap. 2. verſ. nam quod rarò.* judicandum eſt, *l. nemo judex. C. de ſent. & interlocut. l. ſed licet. ff. de offic. præſid. l. fin. C. ſi contr. jus vel utilit. public. Bald. in rubr. C. quæ ſit long. conſuetud.* Quin ſi contingat, puſiones iſti impuberes in pulpitis, velut Pſittaci in palatijs dominorum ſtantes, quidvè loquantur, neſcientes, *Ludovic. Roman. in ſingular. 53. Eraſm. in apophtegm. lib. 4. in Antigono. n. 13. Pruckman. conſil. 2. n. 91. vol. 1. Hering. de fidejuſſor. c. 7. n. 487.* è ſcriptis, operâ alicujus Dolonis ferentariâ compoſitis, *ut habet Taubman. in otio ſuo ſemeſtr. public. pag. mihi. 115.* planè infantiliter hallucinantur, perplexaq; verba jaciunt, *Petr. Gregor. Tholoſan. citat. loc.* Imò etiamſi quis tantillæ ætatis poſſet poſtulare pro alijs; eò quòd haut timeat periculum; ſibiq; imputet, qui talem elegit, *text. in l. cum mandato. in fin. ff. de minorib. & arg. l. 1. §. is quoq; in fin. ff. de obligat. & action. §. pen. inſt. quib. mod. re contrah. obligat.* pro ſe tamen, quòd periclitari queat, non poteſt, *gloß in d. l. 1. §. initium. verb. complevit ff. de poſtuland.*

c ) Mutus ad advocationis munus vix admittitur; quippè quòd animi ſui ſenſa (ut ſæpiuſculè requiritur) verbis exprimere, vel deſiderio alterius contradicere nequit, *d. l. 1. §. poſtulare. ibi: vel alterius deſiderio contradicere. ff. de poſtuland. d. c. infames. pr. 3. quæſt. 7. facit l. laudabile. §. his inſuper. ibi: advocationis vocem accommodare. C. de advocat. diverſ. judic.* Cammergerichts-Ordnung / *part. 1. tit. 19. pr. verb.* Redner. quum tamen verba ſunt notæ paſſionum animi ac voluntatis, *l. labeo. §. 2. in fin. ff. ſupellect. legat. l. ille aut ille §. cum in verbis. l. non aliter. ff. de legat. 3.* conceptuum & explicativa & enunciativa, *Bald. in l. ſolum. n. 15. C. de teſtib. Rip. in tractat. de act. in mort. artic. cap. 61. n. 3.* inventa ideò, mentem ut explicent, mentiq; ac ſententiæ loquentis inſerviant, *l. ſcire oportet. §. aliud. ff. de excuſat. tutor. l. 3. l. Labeo. ff. de ſupell. legat. c. humanæ. 22. quæſt. 5. c. intelligentia. c. in his de V. S. c. ſecundò. extr. de appellat.* In Advocato autem non nuda ſolummodò loquela, ſed Suada inſuper ac delenifica requiritur facundia, *§. illud verò. in procem digeſtor. facit l. advocati. ibi: glorioſæ vocis confiſi munimine. C. de advocat. diverſ. judicior. l. reſtituendæ. princ. ibi: clariſſimis eloquentiæ luminibus. & l. per hanc legem. ibi: facundia & ipſi conſpicui.*

C. de

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn731641671/phys_0012
DFG

*C. de advocat. divers. judic.* Unde paſſim diſertiſſimi vocantur, *l. petitionem. pr. C. de advocat. divers. judicior. l. petitiones pr & l. fin. in fin. C. de advocat. divers. judic. l. properandum. §. illo procul dubio. C. de judic. l. fin. pr. verſ. ſed prior. in fin. C. de inoffic. teſtam.* item facundiſſimi, *d. l. reſtituendæ. §. ad hoc. & §. ſeq verſ. ita tamen. C. de advocat. diverſ. judic.* Quanquam Advocatus, quem præſupponimus literatum ac peritum juris, *per infra dicenda, conclus. 3. lit. b.* (caſu ei ſi tale acciderit tardè aut ferè nihil loquendi vitium) cauſæ ubi merita ſat habuerit cognita, faciendô ſcripta ac producta, *ut loquuntur Pragmatici*, macteClienti ſuo inſervire poſſit, *arg. l. diſcretis. §. ſin verò aures. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Nam & is, qui ſcribit, loqui videtur, *l. heredes. §. 1. ibi: ſua voce, vel literis, ff. qui teſtament. fac. poſſ. l. 1. §. 1. ibi: ſive per epiſtolam. ff. quod juſſ. Novell. 44. in præfat. ibi: quæ charta loquebatur. & § ſupereſt. ibi: loquamur. ibid. Benincaſ. n. 28. Inſt. de actionib. c. lex divina. 37. quæſt. 2. ibi: affatus nos ſuis literis.* quodq; ſcripturâ fit, ſeriò magis fieri intelligitur, quàm quod nudis verbis, *Bart. in l. gerit. n 20. ff. de arquirend. hered. junct. l. Arriani. §. cunctis. ibi: viridi obſervantiâ valituri. C. de hæretic. & Manich.* Neq; etiam facundia ſola & expeditè perorandi facultas Advocatum facit, ſed potiſſimùm ſingularis aliqua, vel mediocris Eruditio ac legum peritia, *l. 2. ibi: literis eruditi. C. de poſtuland. l. 3. §. nec de cetero. ibi: eruditioni noſcatur inhæſiſſe. & l. petitiones. §. nec de cetero. C. de advocat. divers. judic.* ceteroqui turpe admodum foret cauſam oranti, jus, in quo verſatur, ignoráſſe, *l. 2. §. Servius. ibiq; Zaſ. ff. de origin. jur.*

d) *l. 1. §. initium. verſ. propter caſum. ff. de poſtuland. d. c. infames. 3. quæſt. 7. facit* Cammergerichts-Ordnung / *part. 1. tit 25. ibi:* tügliche Perſonen / *& tit. 18. §.* vnd ſo einer. *ibi:* vngeſchickt oder ſonſten vntüglich. quia Advocati eſt, intentioni ac deſiderio alterius contradicere, *d. l. 1. §. poſtulare. ibi: deſiderio alterius contradicere. & d. c. infames.* atverò ſurdus quid dicatur ſeu proponatur, exaudire nequit; quî ergò poterit reſpondere conformiter, *arg. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verb. obligat. l. ut reſponſum congruum. C. de tranſact. §. præterea. Inſt. de inutilib. ſtipulat.* Quinimò non audire judicem, non ſolùm judici indecorum eſt, *gloſſ. in d. l. 1. §. initium. verb. propter caſum. ff. de poſtuland. facit l. ſi prætor. ibi: luſoria*



*erant*

*erunt. ff. de judic. l. fin. ff. ne quid in loco public.* Verùm & periculoſum ipſi parti; etenim decretô judicis non exauditô, quaſi non obtemperâſſet, pœnâ (extraordinariâ ſcilicet, *ex edictô ſi quis jus dicent. non obtemperav.*) plecteretur, *d. l. 1. §. initium. verſ. propter caſum. in fin. adde l. de ætate §. qui tacuit. ff. de interrogat. in jur. faciend.* Et qui ſurdus eſt, ut pariter quoq; mutus non ſit, per quàm omninò rarum eſt, *text. in l. diſcretis. verſ. ſin autem infortunium. C. qui teſtam. fac. poſſ.* plerumq; enim hoc utrumq; vitium congenitum eſt, *Plin: lib. 10. natural. hiſtor. cap. 69. text. Marc. 7. verſ. 32. Reuſner. de teſtament. part. 2. c. 18. n. 15.* Advocaturam hodiè, uti Mutus, qui literas novit (ubi in ſcriptis litigatur) ita & Surdus exercere quit, vocem ei modò articulatam illud ſublunare numen, hoc eſt, Natura, *Scaliger. (ille aliger) exercitat. 6. ſect. 2.* conceſſit; nil quippè prohibet, eum, omnia quæ voluerit, facere, *d. l. diſcretis. verſ. ſi verò vox. C. qui teſtam. fac. poſſ. l. in quibuscunque. ff. de obligat. & act. l. ubi non voce. ff. de R. I.* Tùm etiam per literas de cauſæ meritis inſtrui ac informari poteſt; quod Advocato quaſi pro ſingulari cautelâ notandum, *putat Tichard. cautel. 7. Johan. Chirodot. Ceram. in Enchyrid. cautelar. civil. tit. de advocat. n. 3 facit l. rem non novam. §. patroni. ibi: ex mendacibus allegationibus. C. de judic.* Et pleriſq; in judicijs Advocati ſcripta dumtaxat, ſeu *producta* conficiunt, eaq; per procuratorum aliquem curant inſinuari judicio, Cammergerichts-Ordnung/ *part. 3. tit. 40.* Oſtfrieſiſche Hoffgerichts-Ordnung/ *tit. 6.* Unde & procuratorum os, mens ac conſilium dicuntur, *Petr. Gregor. Tholoſan. lib. 49. ſyntagmat. jur. univerſ. cap. 6. in princ.*

e) *l. 1. §. ſecundò. ff. de poſtuland. d. c. infames. 3. quæſt. 7. adde l. quia abſente. verſ. nec oberit. C. de procurat.* ne quidem mater pro liberis, *l. liberto. §. quanquam ff. de negot. geſt.* Nam fungi virilibus officijs à pudore ſexûs ſequioris, hoc eſt, fœminei, *Apulei. lib. 7. Metamorph.* planè remotum eſt, *d. l. 1. §. ſecundò. verſ. ſexum. & l. 1. C. quand. mulier tutel. offic. fung. l. alienam. & l. maritus. ibi: in contumeliam matronalis pudoris. C. de procurat. c. mulierem. 33. quæſt. 5.* præeſſe autem cauſæ alterius ac patrocinari alij, virile munus eſt, *d. l. alienam. & d. l. 2. ff. de R. I. l. non diſtinguemus. §. 2. ff. de recept. arbitr. l. neq; fœmina. ff. de procurat.* & quidem civile, ac quodammodò

quammodò publicum, *d. l. 2. verb. poſtulare. ff. de R. I.* officia quæ-
lia virorum ſunt, non mulierum, *d. l. 2. & l. 1. C. quand. mulier tu-
tel. offic. fung. d. l. cùm prætor. §. 2. ff. de judic.* Atque etiam dedecet,
mulierem, quæ dicax, in cætu ac conſortio Virorum verba non
concocta facere, *ſecund. Apoſtol. 1. Corinth. 14. verſ. 34. facit c. mulie-
res. de judic. in 6. & c. mulier debet. 33. quæſt. 5.* In multis ut taceam
juris articulis deteriorem eſſe conditionem fæminarum, quàm
maſculorum, *l. in multis. ibiq; gloß. ff. de ſtat. homin.* Fuit in cauſâ
olim Calphurnia, vel, *ut alij legunt,* C. Aphrania, *Petr. Gregor. Tho-
loſan. d. lib. 49. ſyntagm. jur. univers. cap. 6. n. 21. Gothofred. in d. l. 1.
§. ſecundò. lit. R. ff. de poſtuland.* quæ aſſiduis latratibus dicitur im-
plevisse tribunalia, *d. l. 1. §. ſecundò. verſ. origo. ff. de poſtuland.*
facta muliebris calumniæ exemplum notiſſimum, ita ut hujus
crimine objiciatur improbis mulieribus Calphurniæ ſivè C. A-
phraniæ nomen, *Valer. Maxim. lib. 8. cap. 3. Petr. Gregor. Tholoſan.
citat. loc.* Quid autem? inventu ſi facui mulier aliqua bona;
ſecùs, ac voluère *Bart. in l. pater. §. ſocius. ff. de condit & demonſtr.
& Jaſ. in l. mulier bona. per text. illum. ff. de jure dot. Tiraquell. lib. 9.
connub. n. 49. & ſeq.* ad poſtulandum neq; adhuc certè admitten-
da erit, *per jam-nunc allegata jura.* Nequicquam obſtante com-
muni illô Brocardicô; ceſſante causâ, ceſſare effectum; *c. & ſi
Chriſtus, extr. de jurejur. c. cùm ceſſante. extr. de appellat. l. adigere. §.
quamvis. ff. de jure patronat. l. qui cum herede. ff. de obligat. & act. l.
adulter. §. fin. ibiq; gloſſ. & Dd. ff. ad. l. jul. de adulter. §. fin. Inſt. de au-
torit. tutor. cum ſimilibus.* Id namq; obtinet potiſſimùm in cauſâ
finali, *Tiraquell. in tractat. ceßante cauſâ. limit. 1. n. 5. Cyn. in l. gene-
raliter. in 1. oppoſit. C. de Epiſcop. & cleric.* In impulſivâ non item,
*per text. in l. 2. §. fin. ff. de donat. Anton. de Butrig. in c. poſt tranſlatio-
nem. extr. de renunciat. Everhard. in topic. loc. à ceßant. ration. n. 4.*
Hìc autem Calphurniæ improbitas tantùm fuit impulſiva, cauſâ
aliâ exiſtente finali, *de quâ in d. l. 1. §. ſecundò. vers. ſexum. ibiq; gloſſ.
verb. cauſam.* pro ſe quidem poſtulare mulier poterit *d. l. 1. §. ſe-
cundò.* quanquam hoc ipſum raro aut nunquam fieri cernimus;
quum Advocati prorſus deſtituantur qualitatibus, *de quibus in-
frà conclus. 3.* tum, quòd adverſus propria compluriès laborent
commoda, *text. in l. ſi pater pactum. in fin. C. de ſponſalib.*

 f) d. l. 1.

f) *d. l. 1. § ſecundò. vers. caſum. ff. de poſtuland. d. c. infames. §. nam ut præmiſimus.* Ratio eſt; quòd Magiſtratûs dignitatem atq; inſignia, hoc eſt, ſellam curulem, *de qua V. Agell. lib. . noct. Atticar. cap. 18. Iſidor. lib. 20. etym. cap. 1. Calvin. in lexic. juridic. verb. ſella curulis.* Itemq; faſces, bacillos aliquot teretes ex ulmô præcipuè aut betulâ, *teſte Plin. lib. 16. cap. 18.* lorô colligatos in modum faſcium (quales Præſidi quinq;, *Dion. lib. 53 & 37.* Sex Prætori, *Valer. Maxim. lib 1. cap. 1.* ut & Proconſuli, *l. proconſules. ff. de offic. procoſul.* Conſuli biſſex; *Ovid. in Piſon. Martial. lib. 7. epigramm. 8. & 9.* Dictatori quatuor & decem, à totidem lictoribus ſeu virgatoribus, *ut eos vocat Plaut. in Aſinar. act. 3. ſcen. 2.* non gregatim, nec item binis, ternis; ſed ſingulis in lineam euntibus, ut ſummoverent occurrentes; liberis, non ſervis, plerunq; imâ è plebe Quiritium lectis, poſteaq; etiam è corpore Libertinorum, *Liv. lib. 6. Plin. lib 6. cap. 30. Solin lib. 6. Briſſon. 3. ſelect. 14. Lips. elect. lib. 1. c. 23.* præferebantur, *Gothofred. in d. l. 1. §. ſecundò. verſ. caſum. Taubman. in commentar Plaut. Epidic. act. 1. ſcen. 1. fol. mihi. 403. col. 1. in fin.*) videre ac revereri nequeat, *d. l. 1. §. ſecundò. vers. caſum. ff. de poſtuland.* Ita Publ. cæcus Aſprenatis Nonij pater, averſâ ſellâ, à Brutô deſtitutus eſt, *d. l. 1. vers. refert etiam Labeo.* Meo ſedenimverò, ſalvô aliorum, *arg. l. Claudius. in fin. ibi: ſine præjudicio. ff. qui potior. in pignor.* judiciô, quærenti id Cæcus officio eſſe poteſt dandô ei rectum ac ſalutare conſilium, *per l. 2. § fin. ibi: conſulendo peritiores. ff. quis ord. in poſſeſſ. ſervet. l. in bonorum. ibi: copiamq; eorum, quos conſuleret, habuiſſe. ff. de bonor. poſſeſſ.* plus quod ſæpiuſculè prodeſt, quàm centum purgationes de Rhabarbarâ, *ſecund. Anton. de Guevar. in horolog. princip. lib. 1. cap. 43. n. 190.* Facit huc memorabile illud exemplum Nicasl de Werdâ, *de quo vide-ſis Camerar. centur. 1. horar. ſubciſiv. cap. 37. in fin.*

g) *d. l. 1. §. removet. ff. de poſtuland. & d. c. infames. §. nam ut præmiſimus. ibi: propter notam turpitudinis.* Cammergerichts-Ordnung, *d. part. 1. tit. 18. pr. ibi:* redligkeit. *& tit. 25. ibi:* doch ehrliche Perſonen. *Autor in tractat.* von verbeſſerung deß Juſticiweſens/ *quem refert VVehner. in obſerv. pract. verb.* Juſticiweſen/ *pag. mihi. 605. col. 2. ibi:* der ein fein Ehrbares/ Ehrliches/ unſtraffbares Leben/

Handel

Handel vnd Wandel führet. quia Advocati officium nobile eſt, l. providendum. ibi: nobilißimos. C. de poſtuland. l. advocati. C. de advocat. diverſ. judicior. Tiraquell. de Nobilit. cap. 20. n. 12. VVeſemb. ad tit. C. de advocat. diverſ. judicior. n. 6. & honorabile, l. quisquis. §. fin. ibi: honori ſuo. & l. ſeq. C. de poſtuland. l. 2. in fin. ibi: honorem hunc conſecuti. C. de advocat. divers. judicior. l. laudabile. C. de advocat. diverſ. judic. d. c. infames verſ. apud urbem. ibi: honoratis. Nobilitati autem infamiâ, vitæq; turpitudine inſanum-magnum derogatur, Tiraquell. d. tractat. cap. 24. n. 1. & ſeq. Decian. reſpons. 66. n. 70. vol. 1. Thoming. conſil. 52. n. 29. & ſeq. vol. 1. & conſil. 12. n. 30. vol. 2. Nec honos ſervatur ei, qui ſe deduxit in ſcelus, l. 2. C. de ſecund. nupt. l. 1. C. ubi Senator. vel clariß. l. ſenatoris filia. ff. de ritu nupt. l. 2. l. judices. l. quoties. C. de dignitat. l. Divo Marco. C. de quæſtion. c. inter dilectos. extr. de exceßib. prælat. Iccircò tam nobili, tamq; honorabili munere ſungi nequit in publicô judiciô calumniæ damnatus, d. l. 1. §. removet. vers. item SCto. ff. de poſtuland. d. c. infames. §. 1. vers. ſimiliter. facit l. athletas §. calumniator. ff. de his, qui not. infam. adde l. infamem. ff. de public. judic. junct. l. fin. C. de calumniat. VVeſemb. tit. de his, qui not. infam. n. 5. vers. quartò. Aut capitalis facinoris, d. l. 1. §. removet. vers. & qui damnatus. & d. c. infames. §. 1. verſ. ſimiliter. junct. l. 1. verb. publico judicio damnatus. ff. de his, qui not. infam. VVeſemb. d. loc. Itemq; paſſus, ſuô ipſius velle, muliebria, d. l. 1. §. removet. d. c. infames. §. 1. verſ. alij. facit l. fin. ff. de offic. præſid. l. iſti quidem. §. quod ſi dederit. ff. quod met. cauſ. quam non-naturalem, Auguſtin. lib. 6. de civitat. Dei. Copp. lib. 2. obſerv. 127. n. 2. imò nefandam, §. item lex julia. Inſtit. de public. judic. omniq; jure vetitam, Levitic. 18. verſ. 22. Roman. 1. vers. 26. & ſeq. 1. Corinth. 6. vers. 10. d. §. item lex julia. & l. cùm vir nubit. C. ad l. jul. de adulter. P. H. Ordnung/ Carol. V. art. 116. libidinem neſcire magis, quàm ſcire proficit, d. l. cùm vir nubit. ibiq; Gothofred. & Camerar. centur. 2. horar. ſubciſivar. c. 42. pag. mihi. 178. Operas deniq; locans ad pugnandum cum beſtijs, d. l. 1. §. removet. vers. & qui operas. d. c. infames. §. 1. vers. ſimiliter. Sponte ſuâ; ſecùs, ex neceſſitate, ſuis ingratijs, d. l. 1. §. his igitur. & l. puto autem. ff. de poſtuland. facit l. qui potuerint. ff. de manumiß. teſtam. c. ſi nulla. 23. quæſt. 8. c. ad limina. ibi: neceßitate cogente. 30. quæſt. 1.

Quemo-

Quemadmodum & is, qui tutelam alicujus ſuſtinet, poſtulare pro illô poteſt, *d. l. 1. §. removet. vers. his igitur. d. c. infames. §. 1. vers. pro his.* quia & hujus officium neceſſarium eſt, *d. l. puto autem. ff. de poſtuland. text. in l. tutoris. ff. de adminiſtr. tutor. l. fin. pr. C. Eod. d. c. infames. pr. ibi: curam adoleſcentium non affectatam, ſed neceſſariam adminiſtrent. & §. omnes. ibi: neceſſario funguntur officio.* Neq; ei, qui jampridem in integrum reſtitutus eſt, exercuiſſe advocaturam amplius interdictum videtur, *per d. l. 1. §. deinde. ff. de poſtuland. d. c. infames. §. 1. verſ. alij.* Nonnunquàm etiam pro aliquibus, relatis *in d. l. 1. §. ait prætor. in fin. & §. fin. cum ll. ſeqq. ff. Eod. d. c. infames. §. permittitur.* Quanquam procurâſſe tunc rectiùs, quàm advocâſſe viſum eſt gloſſæ *in d. l. 1. §. ait prætor. verb. certis perſonis. ff. eod. per text. in §. fin. Inſt. de except.* De jure Cameræ, Præſes & Adſeſſores Camerales in originem, vitamq; Advocati inquirere jubentur, ut ne quempiam, niſi juſtô ac legitimô matrimoniô natum, honeſtæq; vitæ, & actionis recipiant, Cammergerichts-Ordnung/ *d. part. 1. tit. 18. ibi:* rechter/ natürlicher Geburt/ weſens vnd haltens halben/ *Denais. tit. jur. Camer. 232. n. 1. facit l. cum advocatio. ibi: vel alterius vilioris conditionis nexibus. C. de advocat. divers. judicior.*

h) *text. in c. 1. & c. 3. extr. de poſtuland. l. placet. junct. Auth. interdicimus. C. de Epiſc. & Cleric. l. decernimus. l. repetitas. C. Eod. c. ſacerdotibus. extr. ne Cleric. vel Monach. ſecularib. negot. ſe immiſc. facit. c. 1. de Vaſall. milit. qui arm. bellic. depoſ. & Novell. Leon. 86. de pæn. epiſcopor. ſacerdot. & Clericorum. qui ſe advocat. ded.* Clerico quippè, peritum ſi ſe velit oſtendere diſceptationum forenſium, opprobrio eſt, *d. l. repetitas. in fin. l. placet. C. de Epiſcop. & Cleric. l. conſulta Divalia. in fin. C. de teſtam. V. Diſtinct. 39.* Suæ enim quisq; non dememinerit Vocationis, *1. Corinth. 7. verſ. 18. & 2. Corinth. 3. v. 6. c. clericus. 16. quæſt. 1. c. licet quibusdam. extr. de regular. & tranſeunt. facit rubr. C. negociator. ne milit.* præterquàm, ſi cauſam proſequatur aut propriam, aut Eccleſiæ; vel intercedat pro miſerabilibus, *d. c. 1. ibi: niſi propriam. & c. fin. extr. de poſtuland.* Contra Eccleſiam, à quâ beneficiatus, non item, *d. c. fin. in fin. extr. Eod.* uti nec ſuum adverſus Epiſcopum, *c. gravem. extr. de exceſſib. prælator. c. cùm clerici. de V. S. Ayrer. in proceſſ. part. 1. cap. 5. obſerv. 1. n. 10. vers. tertiò.*

i) Eſt,

l) Eſt, qui cauſas agit publicas, ac Principis, Cammergerichts-Ordnung *part. 1. tit. 15. §* die Röm. Käyſ. Mayeſt. *junct. tit. 61. pr. ibi :* alle vnd jegliche Sachen/ *&c.* & è quibus fiſco, pluria ob incidentia ſumtuoſa egenti ſemper, *Bald. in l. licet. C. de Condict. ex leg. ibiq; Sichard. n. 3. Matth. Stephan. de juriſdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. membr. 1. n. 315.* quot-diebus ferè compendia inferuntur, *l. pen. C. de advocat. fiſc. l. fin. ff. de jure fiſc. facit c. majores. 16 quæſt. 7. Peregrin. de jur. fiſc. c. 1. n. 18. Matth. Stephan, d. loc. n. 81. & ſeqb.* Vel accuſat, aut defendit, ubi intereſt Reipubl. *l. fiſci advocatus. C. de advocat. fiſc. Gothofred. in rubric. ff. de accuſat. lit. e. & in l. fin. C. qui accuſ. non poſſ. lit. r. Gail. 1. de pac. publ. 3. n. 11.* Stipendij nomine auri libras 60 capiebant è publico, *l. reſtituendæ. pr. C. de advocat. divers. judic.* alibi aureos ſexcentos, *l per hanc legem §. ſexcenti. C. Eod.* De jure Cameræ vnd vermöge der Reichsabſchieden/ cepêre primò ducentos florentos, Cammergerichts-Ordnung zu Wormbs/ *Anno 1521.* auffgericht. *tit.* von *advocaten* der fiſcaliſchen Sachen/ poſteà trecentos, Cammergerichts-Ordnung zu Augſpurg/ *Anno 1548.* von newen zuſammen gezogen/ gemehrt vnnd gebeſſert, *& Anno 1555.* wiederumb ernewert vnd an vielen Orten geändert / *part. 1. tit. 45.* demum auctio facta adusq; 400. florenos, Reichsabſchied zu Speyr *de Anno 1570. §* vnſern Käyſerl. *fiſcal. ibi :* gleichfals ſeinem *advocaten* vier hundert Gülden verſoldet worden. De cauſis, pro quibus intervenire ſoleant, *præter alios conſulito-ſis Petr. Gregor. Tholoſan. d. l. 49. ſyntagmat. jur. univers. cap. 7. n. 20. & ſeqb.*

k) *l. 1. C. de advocat. fiſc. l. 2. C. de advoc. diverſ. judicior* Niſi pro ſe, *text. in l. hi, qui fiſci. ibi : ſuam. ff. de poſtuland. l. petitionem. verſ. egredientem. C. de advocat. diverſ. judicior. l. jubemus §. 1. ibi : pro ſe. l. petitiones. §. 1. ibi : item pro ſe. C. de advocat. diverſ. judic.* Cammergerichts-Ordnung/ *part. 1. tit. 13. §.* Es ſollen auch. *ibi :* Es wäre dann/ daß die Sachen jhrer einen ſelbſt antreffe. quippè quòd charitas ordinata incipit à ſe, &

*Alpibus ille perit, qui ſe plus diligit ullum,*

*ut habet gloſs. in l præſes. verb. proximum. C. de ſervitut. & aqua. Senec. lib. 4. de benefic. cap. 17. ibi : nemo in amorem ſui cohortandus eſt, quem, cum naſcitur, trahit. & lib. 5. cap. 9. in pr.* unumq; altare, & quidem proprium detegere, ut cooperiatur aliud alterius, ſtultum eſt,

tum eſt, *per c. Apoſtolicæ. extr. de donat. c. cùm cauſam. extr. de præbend. & c. deniq. 14. quæſt. 5. c. fin. §. ſi ergò. & §. his ita. 12. quæſt. 2. Hering. de fidejuſſor. c. 7. n. 278.* Vel pro Conjunctis ſibi, *facit* Cammergerichts ordnung / *d. part. 1. tit. 13. §.* es ſollen auch. *ibi:* oder die jenigen die jhme mit nechſter Sipſchafft verwandt. *puta,* pro liberis, *d. l. hi, qui fiſci. d. l. petitionem. & l. jubemus. §. 1. C. de advocat. diverſ. judicior. d. l. petitiones. §. 1. C. de advocat. diverſ. judic.* quibus Patres ſemper bene cupere cenſentur, *l. nihil intereſt, §. ſed nunquid in fin. ff. de bon. libert. l. ſi pater. C. de ſponſalib. l. fin. C. de Curat. furioſ. l. nec in eâ. ff. ad l. jul. de adult. c. prædicator. 16. quæſt. 1. c. cùm apoſtolus. extr. de cenſib.* naturali ſtimulô, *text. in l. amiciſſimos. §. Lucius. ibi: contra naturales ſtimulos. ff. de excuſat. tutor. §. fin. ibi: quis enim patiatur filium. inſt. de noxal. act. l. 1. §. taceat. ibi: naturalis ſtimulus parentes hortatur. C. de rei uxor. act.* Quum & lupus carnes mordens non ſuas, lambat ſuas, *Afflict. in c. 1. §. fin. n. 6. hîc finit. lex, in Uſib. feudor. Cyn. in l. cùm antiquiſſimi. C. de fideicomm. Schneidwin. ad tit. inſt. de excuſat. tutor. n. 6.* & naturalem ergà liberos charitatem non curans, morbum cerebri habere dicitur, *Bald. in Auth. ex cauſa. col. 7. verſ. ſecundò. C. de liber. præterit. Borcholt conſil. 16. part. 1. fol. mihi. 292. col. 2. in princ.* Aut pro parentibus, *d. l. hi, qui fiſci. d. l. petitionem. verſ. egredientem. & ſimilibus. Senec. lib. 4. de benefic. cap. 35. ibi: promiſi advocationem, poſtea apparuit, per illam cauſam præjudicium in patrem meum quæri.* qui nunquam nimis curari poſſunt, *Plaut. in Stich. act. 1. ſcen. 2. facit l. 1. pr. & §. ſi filius. l. 2. pr. l. liberto. & l. ſeq. ff. de obſeq. parent. & patron. præſtand.* quos non amare, impietas; non agnoſcere, inſania, *Senec. lib. 3. de benefic. cap. 1. Hering. d. tractat. de fidejuſſor. cap. 7. n. 359.* Tum pro uxoribus, *d. l. petitionem. ibi: uxoribus. & d. l. petitiones. §. 1.* quas à Viris defendi, juſtum eſt, *l. quod ſi verò. ff. de injur. §. patitur. in fin. inſt. Cod.* eò, quòd Uxor pars corporis mariti, *c. admonere. 33. quæſt. 2.* imò pro unâ eademq; perſonâ reputantur, *l. ſi ſtipulatus fuero. ff. de verb. obligat. §. 1. inſt. de uſu & habitat. l. 1. ff. rer. amotar. l. adverſus. C. de crimin. expilat. heredit.* Sunt enim duo in carne unâ, *Geneſ. 2. verſ. 24. Epheſ. 5. v. 31. c. debitum. extr. de bigam. non ordin. c. fraternitatis. 35. quæſt. 10. c. Ebron. 13. quæſt. 2.* Vel etiam pro conſanguineis, *d. l. petitionem. d. l. jubemus. d. l. petitio-*

nes.

*nes.§.1.* quia & Conſanguineus pars de corpore conſanguinei audit, *text. in l. cùm ſcimus. in fin. C. de agricol & cenſit. Copp. decad. 3. enucl. 9. n. 10.* qui ſibi invicem omni ſtudiô bene optare ac velle præſumuntur, *l. hæc autem. §.1. verſ ſi autem. ibi: propter neceßitudinem. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. Copp. decad. 3. enucl. 2. n. 19.* Deniq; pro pupillis, quorum tutelas gerimus, *d. l. hi, qui fiſci. ibi: vel pupillorum. ff. de poſtuland. d. c. infames. §. item ſi contra.* non tam, quòd in numero perſonarum miſerabilium ſunt, *l. 1. C. quando imper. int. pupill. gloſ. in c. ex tenore. extr. de for. competent. & in c. ſignificantibus extr. de offic. delegat. Alex. in l. 1. ff. de jurisdict.* poſtulare pro quibus jubemur, *in c. fin. extr. de poſtuland.* quàm, quòd juravit tutor, de non relinquendo pupillum indefenſum, *text. in l. fin. §. defenſionem. C. de adminiſtr. tutor. l. fin. §. at ſi quidem. ibiq; notat. C. de Curat. furioſ. concordat* Oſtfrieſiſch Landrecht, *lib. 2. tit.* Wo de Vormünders ſollen laten de Kinder beſt tho doen. per juramentum autem pariter cum Deo, qui, quæ nos gerimus, auditq; & videt, *Plaut. in Captiv. act. 2. ſcen. 2. c. novit. extr. de judic. c. novit. extr. de appellat.* contractum cenſetur, cui votum ac promiſſum omninò ſervandum, *l. 2. C. de reb. credit. c. etſi Chriſtus. extr. de jurejurand. c. licet. extr. de vot. c. magnæ verſ. ſanè. Eod. Zaſ. in l. ſtipulationes non dividuntur. n. 40. ff. de verb. obligat.*

l) beneficiô, quod feudum dicitur, privari ni mâlit, *Andr. de Iſern. Schenck - Baro, & alij in c. unic. §. item ſi delator. quæ fuit prim. cauſ. Benef. amitt. Speculat. in tit. de advocat. §. item quod. n. 30. arg. c. fin. verſ. clericus extr. de poſtuland.* Nam præter decorum videtur eſſe, ſtudijs Vaſalli, eines lieben Getrewen/ oppugnari Dominum *arg. l. licet. §. necnon & l. liberto. ff. de obſeq. parent. & patron. præſtand. l. ſi manumiſſori. ibi: non protinus ad litigandum currere debueras. & in fin. ibid. l. fin. C. Eod. Everhard. in topic. loc. à libert. ad Vaſall. n. 7.* quippè cui jurat non futurum ſe damno de ſuâ juſtitiâ, alijſvè cauſis, honeſtatem ejus concernentibus, *text. in c. de forma. 22. quæſt. 5. adde c. unic. de form. fidelitat. c. unic. de nov. form. fidelit. c. unic. qualit. jurar. deb. Vaſall. & c. unic. § curia. de milit. Vaſall. qui contum. eſt.* & quia ipſum tueri debet in prælio atq; certamine campeſtri, *c. 1. quib. mod. feud. amitt. c. 1 § item qui*

 dom.

*dominum. quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt. c. unic. in fin. de feud. ſine culp. non amitt. c. unic. quot teſt. neceſſar.* næ etiam in judicio, quod inſtar certaminis eſt, *l. advocati. C. de advocat. diverſ. judicior. Gail. 1. obſerv. 73. n. 4. ibi: utrinq; bellum civile,* der Krieg rechtens/ *ſuſcipitur & geritur.* idem debebit, *Matth. de Afflict. in c. 1. n. 3. de nov. form. fidelitat. Speculat. in d. tit. de advocat. §. 1. n. 25. Panorm. in c. cum ſacerdotis. n. 2. & ſeq. extr. de poſtuland. Gail. 1. obſerv. 88. n. 5.* & alioqui inimici mei amicus, meus quoq; inimicus putatur, *l. 1. §. cùm patronus. in fin. ibi: conſpiràſſe. ff. de offic. præfect. urb. l. conſilij. §. 1. ibiq; Dd. ff. de R. I. facit c. 1. §. item ſi fidelis. in verb. luſerit. quib. mod. feud. amitt.* juſſu niſi judicis aut Magiſtratûs, cui obtemperandum, *l. non omnem. §. qui juſſu. ff. de R. I. l. non videntur. §. 1. ff. Eod. l. ſi quis. §. doli mali. ibi: vel ab ipſo prætore. ff. de jurisdict. c. quod quis mandato. ibiq; Peck. de R. I. in 6.* fecerit, excuſatur, *l. quanquam. in fin. verſ. & qui juſſu. ff. de aqua quotidian. & æſtiv. facit l. ait prætor. §. ſed et ſi. verſ. quid autem. ff. de minorib. l. ſancimus. poſt pr. C. de adminiſtr. tutor.*

m) Si grave damnum rebus ac facultatibus donatoris ab Advocato donatario inferri poſſit, *arg. l. fin. ibi: jacturæ molem. & verſ. ex his. ibi: ſuas res perdere, C. de revocand. donat.* id quod Viri boni, hoc eſt, judicis, *l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obligat.* arbitrio ac diſcretioni æſtimandum relinquitur, *Mozz. de Contractib. tit. de donat. rubric. quomod. revocet. donat. n. 50.* Itemq; in cauſâ capitali, aut famoſâ ſi parti adverſæ inſerviat, *Ripa in l. fin. quæſt. 9. C. de revocand. donat. Mozz. de contract. tit. de donat. rubr. quomod. annull. vel revoc. donat. n. 30. ubi diſtinguit.* quaſi ab ingrato & officii perdâ, *ut habet Cato, quem refert. Taubman. in commentar. Plaut. perſ. act. 5. ſcen. 1. verb. nam improbus.* (quod vitium longè teterrimum eſt, *Oldendorp. claſſ. 4. act. 20. pr. Camerar. cent. 2. horar. ſubciſivar. c. 82. facit locus Bernhardi in ſermon. 50. ſuper cantic. & Canoniſt. in c. fin. extr. de donat.*) revocari tunc poterit donatio, *per. d. l. fin. C. de revocand. donat. Panorm. in c. cùm ſacerdotis. n. 2. & ſeq. extr. de poſtuland. Gail. 1. obſ. 88. n. 6.* Ut ne cuiquàm licentia ſit, res & capere alterius, & irridere pariter donantis frugalitatem, *d. l. fin. verſ. ex his. C. Eod. Schneidwin. in §. 2. verſ. ſciendum. § Inſtit. de donat.* Non enim juſtum, injuriam ab eo pati, cui benefi-

Beneficia quis contulit, *elegant er Plaut. in Perſ. act. 5. ſcen. 1. ibi: improbus eſt homo, qui beneficium ſcit ſumere, & reddere neſcit*; quum donatoris liberalitas magè ad obſequia inclinare, quàm ad inſolentiam erigere debeat, *l. 1. C. de revocand. donat. adde Comin. lib. 2. comment. pag mihi, 377. circ. med. cui planè abſurdum quiddam videtur eſſe, hominem prudentem poſſe eſſe ingratum.*

n) *text. in l. hi, qui fiſci. §. 1. ibi: contra patriam. ff. de poſtuland. l. 2. pr. ibi: neceſſariò patriæ ſuæ debuit. C. de advocat. diverſ. judicior. facit* Reichsabſchied zu Speyr/ *de Anno 1542. §.* vnd wiewol. *ibi:* allen Ständen die rettuug deß Vatterlandes vnvermeidlich zuſtehet / *junct.* Reichsabſchied zu Speyr/ *de Anno, 1570. rubr.* im Verzeichnuß etlicher Puncten. *art. 2. ibi:* ſich wieder das geliebtl Vatterland nit gebrauchen laſſen. eò, quod Patria parentibus, adverſus quos defenſio ſuſcipienda non eſt, *gloß. in c. de forma. 22. quæſt. 5. d. l. hi, qui fiſci. ff. de poſtuland. l. petitionem. verſ. egredientem. C. de advocat. diverſ. judicior. l. jubemus §. 1. l. petitiones. §. 1. C. de advocat. diverſ. judic. arg. l. 1. in fin. & l. 2. ff. de Iuſtit. & jur.* æquiparatur, *per d. l. 2. ibi: parentibus & patriæ. ff. de Iuſtit. & jur. l. minimè. ibi: ad patriam defendendam, & parentes interficiendos. ff. de relig. & ſumtib. funer. Everhard. in topic. loc. de tempor. n. 19. circ. fin.* Æquiparatorum autem æquiparata ſolet eſſe ratio, *l. illud. ff. ad L. Aquil. l. non poſſunt. ff. de legib. gloſſ. & Bart. in l. ſi quis ſervo. C. de furt. Jas. in l. tranſigere. n. 15. C. de tranſact.* Quum imò in patriam, quæ nemini non dulcis, *l. qui habebat. pr. ff. de legat. 3. Senec. epiſt. 92. princ. Homer. odyſſ. 1. Virg. Eclog. 1. Ovid. 1. de Pont. 4. & Sat. 8 Theb.* major ſit Charitas, atq; in patrem, *per l. 1. §. generaliter. ibi: Reipubl. naſcituros. ff. de ventr. in poſſeß. mittend. facit d. l. minimè. ff. de religioſ. & & ſumtib. funer. Beuſt. ad l. 3. n. 203. ff. de jurejur.* etiam patriæ magis, quàm parentum quis erit defenſor, *Bald. in l. 2. C. de advocat. diverſ. judicior. & in d. l. 2. ff. de juſtit. & jur. Gail. 2. de pac. public. 10. n. 23. Schneidwin. in §. 1. n. 8. inſt. de jur. natural. gent. & civil.* Juxta illud: pugna pro patriâ, *gloß. in d. l. 2. ff. de juſtit. & jur. l. fin. C. de abolit.* Atqui Advocatus pugnare ſeu militare dicitur, *l. advocati. in fin. ibi: militant quoq; cauſarum patroni. C. de advocat. diverſ. judicior.* militabit ergò pro patriâ, quod plenum juſtitiæ eſt, *c. fortitudo. 22. quæſt. 23.* Non, quod impium,

 contra,

contra, *Joh. de Plat. in l. fin. C. de municip. & origin. Luc. de Penn. in d. l. 3. col. 36. verſ. 11 C. de apoch. public. Beuſt. citat. loc.*

o) *l. 1. fin. pr. C de aſſeſſorib. adde l. pen. ff. de offic. adſeſſor. ibiq; Dd.* Cammergerichts-Ordnung/ *part. 1. tit. 6. pr. ibi:* darzu advociren gänzlich ſich enthalten / *& tit. 13. §. item,* Ordnen wir. *ibi:* in denſelben Sachen einem Theil *advocirt, & §.* es ſollen auch. Idq; vel ob difficultatem; quòd difficile ſit, duobus officijs incompatibilibus (compatibilium alia ratio, *l. Romanus. ff. de tutor. & curat. dat ab his. l. ſi quis §. 1. ff. de rit. nupt. Everhard. in topic. loc. à tanquam, ſeu reſpect. n. 29.*) ſimul rectè fungi, *d. l. fin. verſ. ſit conceſſum. ibi: neq; enim facile credendum eſt. C. de aſſeſſorib. c. 1. ibi: cum unum officium vix dignè valeat adimplere. de Conſuetud. in 6. Bodin. de Republ. lib. 4. c. 4. n. 433.* Nam

*Qui binos lepores unâ ſectabitur horâ,*
*Unô quandoq; , quandoq; carebit utroq;,*

*ſecundùm gloß. in d. l. fin. verb. ad utrumq; feſtinat. C. de aſſeſſorib.* Vel etiam ob ſuſpicionem, *text. in c. poſtremò. extr. de appellat. l. prætor. ibiq; Dd. ff. de juriſdict. Marant. in tit. de appellat. n. 42. concordat* Oſtfrieſiſche Hoffgerichts-Ordnung/ *tit. 4. in fin. ibi:* damit aller verdacht. Cammergerichts-Ordnung/ *d. tit. 13. §. item,* ordnen wir. *ibi:* daß er *de jure* möcht *recuſirt* werden. Quanquam is, qui aliquamdiu officiô Adſeſſoris functus eſt, abdicatione hujus muneris factâ, deinceps orare cauſas juraq; litigantibus ſuggerere bene poteſt, *d. l. fin. in fin. pr. C. de aſſeſſorib. facit l. ſi quis de togatis. ibi: ad illud officium, unde abſtractus eſt, remeandi habeat facultatem. C. de advocat. diverſ. judicior.*

p) *l. quisquis pr. ibi: non idem in eodem negotio ſit advocatus & judex. C. de poſtuland. VVeſemb. in ꝑ. de poſtuland. n. 5. circ. fin.* in cauſa unâ - eadem; non item aliâ diverſâ, *d. l. quisquis. pr. ibi: in eodem negotio. & §. fin. verſ. nec putat. ibiq; Gothofred. C. de poſtuland. Marant. in d. tit. de appellat. n. 42.* quia diverſorum diverſa ratio, *l. Papinianus. ff. de minorib. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſeß. l. rem non novam. verſ. ſin autem. C. de judic. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ibi: ſed hæc diſſimilia. ff. de Verbor. oblig.* Sic Adſeſſor provincialis judicij Friſiæ Orientalis, deß wollöblichen Oſtfrieſiſchen Hoffgerichts/ *Harlingenſibus*/ hoc eſt, Eſenſibus ac Witmundanis,

mundanis,

mundanis, quippè quorum cauſæ ad *Cancellariam*; non verò ad Dicaſterium, quod *Auricæ* eſt, ſupremum devolvuntur, patrocinari poterit, Oſtfrieſiſche Hoffgerichts-Ordnung/ *d. tit. 4. ibi:* deß *advocirens* in Hoffgerichts Sachen ſich enthalten. argumentô à ſenſu contrario ductô, quod in jure Hèrculeum eſt, *l. 1. ibi: hujus rei fortiſſimum argumentum. ff. de offic. ejus, cui mandat. eſt jurisdict. l. qui teſtamento. §. mulier. ff. qui teſtam. fac. poſſ. Everhard. in topic. loc. à contrar. ſenſ. n. 2. & ſeq.*

q) *nempe*: decurio contra civitatem, cujus decurio eſt, *l. hi, qui fiſci. §. 1. ff. de poſtuland. l. 2. C. de advocat. diverſ. judicior.* niſi pro ſe, pro liberis, &c. *per ſupradicta jura, lit. k. hujus concluſ.* Item advocare prohibitus, vel in perpetuum, *l. 1. C. de poſtuland. Petr. Gregor. Tholoſan. d. lib. 49. cap. 6. n. 29.* vel ad tempus, *l. quisquis. §. 1. n. ſeq. & l. fin. C. Eod.* in tantum, ut nec conſiliô, ſcripturis, &c. cauſæ litigantium extra judicium inſervire poſſit, *per ea, quæ tradit Umm. d. diſputat. 2. theſ. 5. n. 26.* Tum laborans defectu juris; *puta*: Servus, *per l. ſervus. C. de judic. l. non idcircò §. fin. ff. Eod. Terent. in Phormion. act. 2. ſcen. 1. ibi: ſervum hominem cauſas orare, leges non ſinunt. ibiq; VVeitz in commentar.* Excommunicatus, *c. decernimus. de ſentent. ex commun. in 6. c. excommunicamus. verſ. credentes extr. de hæretic.* Bannitus, *c. felicis. in princ. ibi: ſit eis poſtulandi facultas negata. de pœn. in 6.* &c.

## Conclusio Tertia.

ADvocaturam ambiens ſit Chriſtianus (a), peritus juris (b), facundus (c), immatriculatus (d), contentus modicô (e); an & benè veſtitus? (f).

a) *l. fin. pr. ibi: niſi ſacroſanctis Catholicæ religionis fuerit imbutus myſteriis. C. de poſtuland. l. nemo. pr. C. de Epiſcop. audient.* ideoq; caveat ſibi quisq; ab Advocato hæreticô, *Gothofred. in d. l. fin. lit. b. c. hæretici. 24. quæſt. 1. V. l. fin. C. de Judæis.* hoc eſt, non orthodoxô, *l. Manichæi 12. C. de hæretic. & Manich. V. l. quicunq; C. Eod. Novell. 109. pr. & Novell. 131. cap. 1.* Ne quà ſua periclitetur anima, *arg. c. ut animarum. de conſtit. in 6. c. cum ex eo. in fin. ibi: animarum cura. de elect. in 6. c. 1. ibi: animarum periculis obſiſtere.*

cunctis

cunctis rebus præferenda, *l. ſancimus. C. de SS. Eccleſ. c. præcipimus. 12. quæſt. 1. Novell. 115. cap. 3. §. ſi unum. verſ. non obtinere. in fin. ibi: quantò magis pro animarum ſalute.* Et quî, amabo, fidelis alicui foret, CHRISTO, à quo nomen nos adepti, infidelis, *c. non poteſt. 2. quæſt. 7. facit c. 1. & c. cùm ſit minus. extr. de judæis.* In Camerâ Advocati munus ſubire queunt veteri, hoc eſt, Religioni Catholicæ Romanæ, vel Auguſtanæ Confeſsioni addicti, ceteris omninò excluſis, Cammergerichts-Ordnung/ *part. 1. tit. 2. in fin. ibi:* Dergleichen andere Perſonen des Cammergerichts/ von beyden/ der alten *Religion*, vnd dann Augſpurgiſcher *Confeßion*, *præſentiret* vnd geordnet werden/ *& tit. 28. pr.*

b) *text. in l. 2. ibiq; gloſſ. & Dd. C. de poſtuland. l. nemini. verſ. juriſperitus. ibi: peritiâ juris inſtructum. C. de advocat. diverſ. judicior. l. jubemus. §. & filios. in fin. ibi: legum doctrinam meruerint. l. petitiones. §. & filios. C. de advocat. diverſ. judic.* Cammergerichts-Ordnung/ *d. part. 1. tit. 15. ibi:* mit einer gelährten/ verſtändigen/ vnd der rechten gewürdigten Perſon. itemq; ſtatutorum localium, quæ in ijs, ubi vigent, locis jus civile ſunt, *c. jus civile. diſt. 1. Panorm. in c. paſtoralis. n. 2. extr. de fid. inſtrum. Bart. in l. omnes populi. n. 60. ff. de juſtit. & jur. Felin. in c. cum non liceat. n. 10. extr. de præſcript.* jurisq; communis autoritatem habent, *Panorm. in d. c. paſtoralis. n. 2. verſ. nam ſtatuta loci. Jas. in l. præſcriptione. n. 15. C. ſi contr. jus vel utilit. public.* non imperitus, *per l. 2. §. Servius. ibiq; Zaſ. ff. de Origin. jur. c. poſt translationem. §. item ſi quis extr. de renunciat.* Imò imperiti, indoctiq; nequidem Advocatorum nomine comprehenduntur, *gloſſ. & Bart. in d. l. 2. C. de poſtuland. Abb. in rubr. extr. Eod. Roland à Vall. conſil. 36. n. 7. vol. 3.* Quin potiùs, tanquam auriti Aſini, munijs ab his tam laudabilibus omninò prorſus removentur, *Franc. Viv. deciſ. 190. n. 46. Ruland. de commiſſion. part. 1. lib. 1. cap. 13. n. 5.* Huc quadrat *Marcellini illud lib. 30.* ſcilicet Advocatorum nonnullos ita eſſe rudes, ut nunquam ſe Codicem habuiſſe meminerint, & ſi in circulo Doctorum autoris veteris nomen inciderit, piſcis aut edulij peregrinum nomen arbitrantur, *Gothofred. in d. l. 2. C. de poſtuland. & idem in epiſtol. ad Joann. Calvin. JCtum ſcriptâ, ejusdem lexic. juridic. præfixâ.* Si tamen gradum Doctoris aut Licentiati quis conſecutus eſt, præſumitur ſuf-

ſiciens

ficiens & doctus Menoch. de præſumt. lib. 2. cap. 58. n. 5. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 27. n. 144. Nam major præſumtio eſt pro Doctore, quàm non-doctorato, Bart. in l. qui in utero. ff. de ſtat. homin. Ruland. de commiſſion. part. 1. lib. 1. cap. 14. n. 7. Nomine Doctoris in hoc paſſu venit quoq; Licentiatus; adeoq; ijsdem fruitur privilegijs ac immunitatibus, quibus Doctor, Roſenthal de feud. part. 1. cap. 5. concluſ. 46. n. 1. lit. a. Petr. Gregor. Tholoſan. lib. 3. ſyntagmat. jur. univerſ. cap. 8. n. 13. & ſeq. præſertim, in favorabilibus, per l. pen. ibiq; Dd. ff. de teſtam. milit. Jaſ. in l. ad perſonas. n. 11. ibiq; Beuſt. n. 10. ff. de jurejur. Idq; ex antiquiſſimâ, & plus quam immemoriali Conſuetudine, vim legis, §. jus civile inſt. de jur. natur. gent. & civil. l. quod ratione, ff. de legib. c. fin. §. fin. extr. de Conſuetud. ac privilegij habente, l. 1. §. fin. ff. de aq. pluv. arcend. l. hoc. jure §. ductus. ff. de aq. quotid. & æſtiv. c. 1. de præſcript. in 6. l. 1. C. de ſervitut. & aq. notiſſimum eſt, Ruland. de commiſſ. par. 1. lib. 1. cap. 14. n. 11. Matth. Stephan. de jurisdict. lib. 3. par. 2. cap. 14. n. 100. Neq; immeritò, quippè quod in Licentiato eadem, quæ in Doctore requirantur eſſentialia, perindeq; ac Doctor, ſe habeat ſubjicere examini, arg. l. magiſtros. C. de profeſſor. & medic. Roland. à Vall. conſil. 11. n. 21. & aliàs quæ proximè inſunt, jam ineſſe cenſentur, per text. in l. lecta §. dicebam. ff. ſi cert. petat. pariaq; ſunt, aliquid in eſſe conſiſtere, vel eô eſſe in ſtatu, qui de proximô in eſſe producit l. Licinius. ibiq; Bart. ff. quib. ad lib. proclam. non lic. facit l. divortio. §. non ſolùm. ff. ſolut. matrim. potentia enim actui propinqua, pro actu habetur, c. non ſolùm. extr. de appellat. adde l. ab hoſtibus §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quib. cauſ. major. gloſſ. in l. pen. ff. de teſtam. milit. ibiq; Bald. Schneidwin. ad tit. inſt. de excuſat. tutor. §. item ij, qui. n. 2. Et in Camerâ Advocatus quis eſſe nequit, Doctoris aut Licentiati titulô nî inſignitus ſit, Cammergerichts-Ordnung/ part. 1. tit. 18. 12. ibi: ob ſie die rechten gewurdigt. Gail. 1. obſerv. 43. n. 7. Mynſig. centur. 4. obſerv. 32. in fin. An verò per quinquennium, Azo in ſumm. C. de advocat. diverſ. judicior. n. 2. facit l. jubemus. §. nec de cetero. ibi: per ſtata tempora. & l. petitiones. §. 4. C. de Advocat. diverſ. judic. Cammergerichts-Ordnung/ part. 1. tit. 3. §. deßgleichen ibi: zum wenigſten fünff Jahren lang in rechten ſtudirt. & tit. 4. §. auß denſelben. Vel per ſeptennium, c. cùm ex eo. de elect. in 6. juri quis

operam dederit, haut usque quaq; attenditur; neq; enim tempus ſolùm eſt cauſa Eruditionis, *Petr. Gregor. Tholoſan lib. 18. de Republ. cap. 9. n. 3. Matth. Stephan. de juriſdict. lib. 3 part. 2. cap. 14 n. 64.* nec ſufficit, diutulè me ſtuduiſſe & commoratum fuiſſe in Scholis atq; *Univerſitatibus*, nî quoq; profecerim; ut non quamdiu, verùm quàm laudabiliter quis inibi vixerit, inquirendum ſit, *c. gloria epiſcopi. in fin. 12. quæſt. 2.* Latinitatis etiam boniq; ſermonis non poſthabenda erit ratio, *per text. in l. Plautius. 8. ibiq; Gloſ. & DD. ff. de aur. & arg. legat.* Licet multi opinentur, Grammaticalia omni carere utilitate, eò quòd leges Priſciano non ſubiacent, *Bald. conſil. 33. n. 2. vol. 1. & in l. quoniam. C. de teſtam. Coſtal. in parerg. n. 4. Bonifac. in tractat. de furt. §. quod jure naturali n. 42. quos refert Hering. de fidejuſſor. cap. 2. n. 1 & 2. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 1. n. 13. qui mavult cum Bartolo eſſe barbarus, quàm cum Rabulâ indocto Ciceronianus.* deq; *verbibus* non curat J Ctus, *ceu Bartolum dixiſſe ſcribit Ludovic. Viv. lib. 1. de cauſ. cor. act. Becman. in tract de Origin. Latin. Ling. pag. mihi. 15.* Unde aliqui eorum novô ac inſolenti titulo, *dicti* REALES (ſi Dijs placet, *uti Baud. in eleganti carmine ſuper Taubman. commentar. Plaut. jocatur*) gloriantur, nihilq; niſi *realia & realitates* crepant, *Becman. d. tract. pag. mihi. 16. in fin. & in diſſertat. circ. fin.*

*Quòd rebus ipſis, ſcilicet, toti vacent,*
*Nec ſyllabas venentur, aut verba aucupent,*
*Stilumvè curent.*

*Baud. d. loc.* Atenimverò elegantem literaturam cum juriſprudentia conjungere & quaſi coadunare ſolent propiùs noſcentes,

--- - ---- ---- *quid diſtent æra lupinis.*

c) *l. 1. advocat. C. de advocat. diverſ. judicior. l. reſtituendæ. pr. l. per hanc legem. ibi: facundia conſpicui. facit. §. illud. in proœm. digeſtor.* Cammergerichts-Ordnung / *d. part. 1. tit. 19. pr. ibi:* einen *advocaten* oder Redner / *V. ſuprà concluſ. 2. lit. c.* ut judex facti è narratione commodâ queat cognoſcere, quæ cauſæ merita, quovè jure ea fulciantur, *Umm. d. diſput. ad proceſſ. judiciar. 2. n. 30.* Modò Loquutulejus ne ſit, aut loquax, *l. quisquis. §. 1. C. de poſtuland. c. infames. §. tria. verſ. ſi quis. 3. quæſt. 7. facit c. 1. ibi: æſtimantes loquacitatem facundiam. de ſchiſmatic. in 6.* Cammergerichts-Ordnung / *d. part. 1.*

*part. 1. tit. 52. pr. ibi*: ſich vnnützer/ vberflüſſiger/ vnnottürfftiger Wort enthalten/ ne ei dicatur; *garrula pica tace*, *Speculat. in tit. de advocat. §. 5 n. 2.* Nimia namq; Advocati loquacitas meritiſſimò reprehenſione digna eſt, ità ut ab officio iccircò ſuſpendi poſſit, *arg. c. in loco. quæſt. 4. Speculat. d. tit. §. 6. n 12. gloſſ. in d. l. quisquis. C. de poſtuland. Roland. à Vall. conſil. 30. n. 25. & ſeq. vol. 3. Arum. deciſ. 13. n. 10. lib* 2. muliebris quoq; ſupellectilis, *Plaut. in Pænul. act. 5. ſcen. 3. verb. ſupellectili. ibiq; Taubman.* parcè admodum parcus ſit, hoc eſt, non clamoſus, non ſtrepitoſus, *Parthen. Litigioſ. lib. 2. cap. 7. n. 38. Johan. Baptiſt. Magon. de rect. patroc. rat. part. 2. cap. 42 n. 2.* rectè etenim nil geritur, cum clamore lis ſi vincatur, *c. Oſius Epiſcopus. extr. de elect. facit l. unic. in fin ibi*: *obſtrepere. C. de ſtud. liberalib.* Oſtfrieſiſch Landtrecht, *lib. 1. tit.* van Ordninge deß Gerichts/ *in fin ibi*: ſonder voele roepen. cultum imò ſuum perdit juſtitia, ſilentia judicij ubi obſtrepentium turba confundit, *d. c. in loco. 5. quæſt. 4.*

d) *l. petitionem pr. C. de advocat. diverſ. judicior. l. fin C. advocat. diverſ. judic. l. fin. §. fin. C. de adſeſſorib.* Idq; de conſtitutis fori Advocatis verum eſt; non item de ſupernumerarijs, *Donell. 18. comment. 3.* in Camerâ certus Advocatorum numerus eſt eorum, qui in matriculam recepti, Cammergerichts-Ordnung/ *part. 1. tit. 18. princ. ibi*: vier vnnd zwäntzig *advocaten* nit angenommen. *Umm. dict. diſput. 2. n. 33.*

e) ne, ſi lucrô pecuniâvè capiatur, velut abjectus ac degener inter viliſſimos quosq; numeretur, *l. quisquis. §. apud urbem. in fin. C. de poſtuland. d. c. infames. §. apud urbem. 3. quæſt. 7. facit* Cammergerichts-Ordnung *part. 1. tit. 62. & 64. ibi*: vber den Sold vnd Lohn die Partheyen nicht beſchweren. *Autor* von Verbeſſerung deß Juſticiweſens/ *quem refert VVehner. in obſerv. pract. verb.* Juſticiweſen. *pag. mihi. 405. col. 2. in fin. ibi*: die Leute/ denen Er rähtig oder behülfflich iſt/ nicht vbernemen/ ſondern mit einem billichen *honorariô* oder *ſalario* friedlich ſeyn. Neq; enim ſanctiſſima res, civilis ſapientia pretiô nummariô aut æſtimanda, aut dehoneſtanda eſt, *l. 1. §. proindè. ff. de var. & extraordin. cognit.* Αισχροκερδία igitur, quemadmodum aliàs in Epiſcopô, *1. Timoth. 3. verſ. 13 & ad Tit. 1. verſ. 7.* itemq; in Philoſophô, *l. in honoribus. §. Philoſophis. in fin. ff.*

*de vacat. muner. d. l. 1. §. an & Philoſophi. ff. de var. & extraordinar. cognit.* Ita & in Advocatô maximè turpis atq; indecora eſt, *Cujac. 8 obſerv. 31. Sichard. in l. litera n. 1. C. de procurat. Freher. de famâ & exiſtimat. lib. 3. c. 13. n. 2. pr. Gothofred. in d. l. quisquis §. apud urbem.* Nec boni quicquàm de eô præſumitur, qui ſemper & crebrò de pecunia loquitur, *Luc. de Penn. in l. unic. col. 5. in fin. & col. 6 pr. C. de profeſſ. lib. 12. facit c. ſi cupis. verb. quem ſenſeris. 16. quæſt. 1.* majorem habens curam marſupij, quàm vitæ atq; animæ, *Arniſ. 2. politicor. cap. 4. pag. mihi. 486.* Denariorum omninò ſervus, *Paul. Parat. lib. 1. de vit. polit. perfect. fol. 17. quem citat. Ruland. de commiſſ. part. 1 lib. 1. cap. 24. n. 9.*

f) ubi ſciendum, quòd etſi Mulieri, cujus ferè prudentia omnis in veſte, *facit text 1. Petr. 3. verſ. 3. Carol. Scriban. lib. 1. inſtitut. politic. Chriſtian. cap. 15. pag. 190. in. fin. adde Bernhard. Sacc. in hiſtor. Ticinenſ. lib. 1. cap. 6. Camerar. centur. 2. horar. ſubciſiv. cap. 38. in pr. ubi agit de fæminis curialibus ſeu Cortegianis.* peculiare, mageq; commodum ornari, atquè Viro, *Chryſoſtom. in epiſtol. ad Epheſ. ſermon. 3.* ſapienti comprimis, cui turpe, quum animum habet, captare laudes è corpore, *verba ſunt Juliani Imperat. apud Marcellin. lib. 25. text. in c. fin. diſt. 41.* Cultus attamen veſtitus cauſarum patrono non adeò immanè quantum diſconveniet, *per l. ſed ſi qui. §. ſufficienter. ff. de uſufr. c. parſimoniam. pr. ibi: ornatum præter corporis diligentiam infucatum laudamus. diſt. 41. facit.* Cammergerichts-Ordnung/ *part. 1. tit. 8. ibi:* mit zierlicher ehrlicher Kleidung/ Policey Ordnung zu Augſpurg/ *Anno 1530. & 1548.* auffgericht/ *tit.* von vnordentlicher vnd köſtlicher Kleidung/ *princip. &* Policey-Ordnung zu Franckfur/ *Anno 1577.* gebeſſert. *tit. 9. pr.* Homini etenim, quia naturâ animal mundum & elegans eſt, certè & mundæ utiq; veſtis appetenda erit electio, *Senec. epiſt. 93. fol. mihi. 201. Camerar. cent. 2. horar. ſubciſivar. cap. 39. circ. med.* Imò, veſtimenta ſordida ut nemini non dedecori ſunt atq; contemtui, *Speculat. in d. tit. de Advocat. §. ſequitur.* Ita ad conciliandos hominum animos veſtium decor plurimùm facit, *Quintilian. lib. 3. quem allegat VVeitz. in Commentar. Terent. Eunuch. act. 4. ſcen. 4. ibi:* εἵματ' ἀνήρ *veſtis vir,* Kleider machen Leute/ *Eraſm. in adag. veſtis virum facit & Juvenal. Satyr. 7. ibi: purpura vendit Cauſidicum.* Hinc vulgati iſti verſiculi:

Vir

*Vir bene veſtitus, pro veſtibus eſſe peritus*
*Creditur à mille, quamvis idiota ſit ille;*
*Si careat veſte, nec ſit veſtitus honeſtè,*
*Nullius eſt laudis, quamvis ſciat omne quod audis;*

Item;

*Hunc homines decorant, quem veſtimenta decorant,*

*Fichard. cautel. 13. Iohan. Chirodot. Ceram. in Enchyrid. cautel lib. 7. pag. mihi. 30. facit l. fin. ibi: ad togatorum conſortium. C. de poſtuland.* Et alioqui talis quis præſumitur, quali in habitu reperitur, *l. item apud Labeonem §. ſi quis virgines. ff. de injur. c. in audientia. extr. de ſentent. excomm.* eò quòd ſignum & ſignatum ſub eandem rationem cadunt, *l. ſtigmata. C. de fabricenſib. Maſcard. de probat. concluſ. 303. n. 9. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 2. n. 35.* Unde *nonnulli Dd.* volunt, debere Advocatum indui ac amiciri togâ coloris nigri, qui ſicut variari nequit, ita & mentem Advocati oportere eſſe immutabilem circa lites tractandas, *Luc. de Penn. in l. temperent. C. de veſtib. holoſeric. Iohan. Baptiſt. Magon. de rect. patrocin. rat. cap. 3. n. 51. Parthen. Litigios. lib. 2. cap. 7. n. 27.*

## Concluſio Quarta.

Conſtituitur Advocatus vel ab ipſis litigaturis (a), vel à judice (b).

a) *l. 1. ibi: deſiderantibus. C. de poſtuland. l. petitionem. ibi: petentibus. C. de advocat. diverſ. judicior.* Cammergericht-Ordnung/ *part. 1. tit. 19. §.* nachdem *in fin. ibi:* einen *Advocaten* anzunehmen/ zu der Partheyen freyen willen vnd gefallen geſtelt. etiam plures, quàm unus, *l. providendum. C. de poſtuland. l. rem non novam §. patroni. ibi: ſin autem pluribus patronis adhibitis. C. de judic. l. fin. C. de advocat. diverſ. judicior.* Olim è frequentia Advocationis deprehendebatur, quàm quisq; gratioſus eſſet, *Vide exempla apud Ciceron. in Orat. pro Quint. & in Orat. pro Cæcinn. Curt. lib 6. ubi de Philotâ. & Cæſ. lib. 1. comment. ubi de Orgentoride.* De jure Cameræ unus dumtaxat cauſæ operari quit, prætervè hunc alter parti jam litiganti ne quidem conſilium ſuppeditare audet, Cammergericht-ordnung/ *d. part. 1. tit. 19. pr. ibi:* es ſol kein Parthey mehr/ denn einen *Advocaten* dem Cammergericht verwandt / in einer ſachen auffnehmen

 vnd

und beſtellen / & ibi: kein *Advocat* ſol einiger Parthey in ihren ſachen rathen/ &c.

b) Ipſis partibus, *l. 1. §. ait prætor. ff. de poſtuland l. fin. C. Eod. c. 1. extr. de offic. judic.* ſi ſint pauperes, minorennes, debiles, &c. *l. nec quicquàm. § pen. ff. de offic. proconſul.* vel quòd Adverſarij ob potentiam, *l. 1. §. ait prætor. ibi: vel metu patronum non invenit. ff. de poſtuland. d. l. necquicquàm. § fin. verſ. ceterùm opprimi. ff. de offic. proconſul.* ejusve ambitionem (quòd Advocati ambirent honorem aliquem parariô hôc adverſariô, amicô, vel adminiſtrô principis, *gloſſ. in d. l. 1. §. ait prætor. verb. ambitione. adde Varron. de vit. popul. Roman. lib 4. ibi: tanta occupavit cupiditas honorum pleroſq; ut vel cælum ruere, dummodò Magiſtratum adipiſcantur, exoptent;*) quis invenire Cauſidicum nequeat, *d. l. 1. §. ait prætor. ibi: vel ambitione adverſarij. ff. de poſtuland.* Cammergerichts Ordnung/ *part. 1. tit. 19. pr. ibi:* Damit die andere Parthey auch *Advocaten* mag bekommen/ *Græv. lib. 1. concluſ. pract. c. 43. conſiderat. 1. n. 12.* Quinimò judex cognoſcens, parte ab unâ Nobiliſsimos ac diſertiſsimos, quorum fama hilarior eſt, *c. infames. 3. verſ. ſi verò. quæſt. 7. & l. providendum. pr. C. de poſtuland.* hoc eſt, qui multô jam tempore cauſas orârunt in foro, juxta illud:

*Solus & artifices qui facit, Uſus erit;*

*text. in l. legatis. §. ornatricibus. ff. de legat 3. l milites. ibiq; gloſſ. verb. exercitio. C. de re militar.* ab alterâ verò tenuiores ſtare, parem Advocatorum diſtributionem facere poteſt, quò uterq; litigantium habeat, prudenter ambigua cauſarum fata qui poſsit dirimere, *d. l providendum. ibi: ut par cauſidicorum diſtributio fiat. C. de poſtuland. d. c. infames. verſ. ſi verò in uno.* Nam partes idoneè defendi, publicè intereſt, *l. ſervum. §. 1. ff. de procurat. VVeſemb. ad tit. C. de advocat. diverſ. judicior. n. 1. circ. fin.* Ideoq; etiam cogi quis poteſt, ut munus hoc obeat, carere nî malit forô, *d. l. providendum. & d. l. 1. §. ait prætor. ibi: ſi non habebunt. d. l. necquicquam. §. obſervare. d. c. infames. verſ. ſi quis verò monitus à judice.* Cammergerichts Ordnung/ *part. 2. tit. 8. §.* Wo auch der Kläger. *Decius in l. invito. n. 2. de R. I.* Poſtulare enim officium quodammodò publicum eſt, *d. l. 2. verb. poſtulare. de R. I.* inventum ideò, ut litigaturis, ſuum tueri, cauſamq; dicere neſcientibus, ſuccurratur,

Menoch.

*Menoch. 2. de arbitr. judic. caſ. 369. n. 4. eleganter Petr. Gregor. Tholoſan. d. lib. 49. ſyntagmat. jur. univerſ. cap. 6. n 36.* talia autem munia quoq; invitis imponi queunt, *l. 1. pr. ff. de adminiſtr. tutor. l. fin. pr. C. Eod. facit l. nullus. l vacantis. C. de decurion. Cagnol. in l. invitus. n. 2. de R. I. ibiq; Dec. n. 5.* Sicut aliàs quisq; artis atq; officij inſignia præ foribus ſuſpendens, einen Schild außhangend / ſuam in eô operam præbere deſiderantibus, etiam invitus, tenetur, *l. 1. ibiq; Bart. ff. furt. adverſ. naut. caupon. ſtabular. gloſſ. in l. 2. verb. conſenſu. C. de proxim. ſacror. ſcrinior.* præterquàm ſi cauſam habeat juſtam prætendere, excuſatur, *arg. l. humilitatis. C. de excuſat. tutor. c. ſi pro debilitate. extr. de offic. delegat. d. c. infames. verſ. ſi quis verò. ibi: eâ excuſatione, quæ nequeat comprobari. à contrario ſenſu.* Neq; tamen gratis quem poſtulare Magiſtratus cogit, ſed ſumtibus petentis, *gloſſ. in d. l. 1. §. ait prætor. verb. non habebunt. ff. de poſtuland. per l. 1. §. in honorariis. ff. de var. & extraordin. cognit. facit l. prætor ait. §. fin. in fin. ibi: tuis videlicet ſumtibus. ff. de Edend.* Cammergerichts Ordnung / *d. part. 2. tit. 8. §.* Wo auch der Kläger. *ibi:* vmb zimbliche Beſoldung. Quod fallit in paupere, *de quô infrà concluſ. 8. lit. g.*

## Conclusio Quinta.

ADvocatus criminali æquè (a), ac civili cauſæ (b) operari poteſt.

a) *l. 2. ibi: adhibitâ advocatione. C. de exhibend. reis. l. per hanc legem. §. fin. ibi: aut criminali quæſtionis obtentu. C. de advocat. diverſ. judic.* in tantum, ut banniti aut excommunicati patronus in pœnam, quæ bannitorum auxiliatoribus ſeu receptatoribus, Helfers Helffern / oder Vorſchübern vnd Auffenthaltern / jure infligitur, hautquaquam incidat, *Clar. 5. ſent. §. fin. quæſt. 82. Soarez. in theſaur. jur. lit. A. n. 44. Umm. d. diſput. ad proceſſ. judiciar. 2. theſ. 7 n. 38. & Dd. Comm.* eô, quòd defenſio, quæ juris naturalis eſt, *Clement. paſtoralis. de ſentent. & re judic. l. ut vim. ff. de juſtit. & jur. l. ſcientia. §. qui cùm aliter. ff. ad L. Aquil. Dd. in §. jus autem gent. inſtit. de jur. natural. gent. & civil.* nemini auferenda, ne beſtijs, *l. 1. §. cùm arietes. ff. ſi quadrup. pauper. feciſſ. dic.* Imò, ne Diabolo quidem, *Hyppolit. in l. 1. pr. n. 30. ff. ad L. Cornel. de ſicar. Gail. lib. 2. de pac. public.*

public. cap. 12. n. 16. nedum homini, d. l. ut vim. ff. de juſtit. & jur & ſimilib. WVeſembec. conſil. 19. n. 11. part. 1. Gail. d. loc. In latrone aut homicidâ, & nullo-non facinoroſô famoſô idem; neq; enim ex præſumtionibus quis facilè condemnandus eſt, l. abſentem. ff. de pæn. c. ſi quandoq; 15. quæſt. 7. c. literas. extr. de præſumt. Caſtr. & Dd. in l. fin. C. de probat. Sed requiruntur probationes Sole meridianô clariores, l. qui ſententiam. C. de pæn. l. fin. C. de probat. l. univerſi. verſ. quæ res cum fuerit, &c. C. ubi cauſ. fiſcal. c. ſciant cuncti. 2. quæſt. 8. P. H. ordnung/ Carol. V. art. 70. pr. ibi. gahr lauter. Oſtfrieſiſch Landrecht/ lib. 1. tit. in wat ſaken de Richter nerſtig ſal ſyn. in fin. ibi: ſo clar/ als dat Licht. in fin. Non enim agitur de glande aliquâ legendâ, ſed de hominis, creaturarum digniſsimæ, l. juſtiſsimè. ff. de ædilit. edict. gloſſ. in § fin. verb. perſonæ. inſt. de jur. natural. gent. & civil. vitâ; ideoq; ubi majus periculum, ibidem quoq; cautiùs agendum ac procedendum, l. 1. §. ſed & ſi quis. ff. de Carbon. Edict. c. ubi majus. de Elect. in 6. Tum, quòd partes Rei, præſertim criminaliter accuſati, usq; adeò favorabiles, l. favorabiles. ff. de R. I. l. inter pares. ibi: in aliis. ff. de re judicat. l. 1. §. fin. l. ſeq. ff. ne quis eum, qui in jus vocat. c. cùm ſunt partium. de R. I. in 6. c. inter dilectos. in fin. extr. de fid. inſtrum. Ut etiam poſt cauſæ concluſionem; imò jam latâ ſententiâ, defenſionis recipi queat probatio, Hyppolit. in l. unius. §. cogniturum. n. 30. & ſeq. ff. de quæſtion. Gail. 1. obſerv. 107. n. 11. vel à tertiô, cauſâ miſerationis intercedente, l. non tantum. ff. de appellat. facit l. ſervum. §. publicè. ff. de procurat. l. exigendi. in fin. C. Eod. Novell. 8. cap. 8. quin & ipſi judici officiotenùs pro defenſione Rei ſudandum, l. ſi non defraudantur. ff. de pæn. l. 1. in fin. ff. de quæſtion. Auth. qui ſemel. C. quomod. & quand. jud. P. H. Ordnung/ Caroli V. art. 47. circ. fin. ibi: der unſchuldig wider recht nicht ubereilet werde. Aliter de eô, qui manifeſtò tenetur in noxiâ, cui patrocinio quis eſſe non poteſt, neq; debet, per text. in l. per omnes. C. de defenſor. civitat. imò crimen augentis, non diluentis eſt, patrocinari notoriè facinoroſo, Tiraquell. in tractat. de pæn. cap. 30. Nec eſt diſputare, ſed diſputatum eſſe, ubi apparet notorium, Bald. in l. 1. C. quomod. & quand. jud. facit c. evidentia. ibiq; Felin. extr. de accuſat. c. manifeſta. 2. quæſt. 1. quod negatio partis non infringit, d. c. ſuper eo. extr. de teſtib. cogend. facit Oſt-

frieſiſch

Frieſiſch Landrecht/ *lib. 1. tit.* von den ſöven ſaken/ de geen bewiß bedarven/ *pr. & circ. fin.* ita, ut quamvis à damnatô appelletur, appellationi deferendum non ſit, *per ea, quæ tradit Gail 2. de pac. public. 3. n. 20. & ſeqq.*

b) *l. per hanc legem. §. fin. ibi. ſeu civilis cauſæ. C. de advocat. diverſ. judicior. & paßim.* juſtæ ſcilicet; non injuſtæ, *text. in l. rem non novam. §. patroni. ibi: quod verum & juſtum exiſtimaverint. C. de judic. & c. væ, qui dicitis. 11. quæſt. 3. Autor in d. tractat.* von verbeſſerung des juſticiweſens / *quem allegat VVehner. in obſerv. practic. verb.* juſticiweſen. *pag. mihi. 405. col. 2. in fin. ibi:* keine böſe ſachen wiſſentlich vertheidige. Etiam quum dubitat in ſuâ conſcientiâ de cauſæ juſtitiâ, *Menoch. 2. de arbitr. judic. caſ. 494. n. 18.* vel pôſt demum iniquam deprehenderit, *d. l. rem non novam. §. patroni. C. de judic.* tenetur eam deſerere, *Vide infrà concluſ. 7. lit. b. & concluſ. 8. lit. c.* Licet quoq; jurârit, ad finem litis ſe perſeveraturum in patrociniô, *arg. c. 1. extr. de his, quæ fiunt à maj. part. capit. c. in malis. 22. quæſt. 4. c. ſicut. extr. de jurejur. c. 1. §. quia verò. Eod. in 6. c. non eſt obligatorium. de R. I. in 6.* Potiùs ſedulus monitor ſit litigaturi, lite injuſtâ ut ſuperſedeat, *VVehner. d. loc. pag. mihi. 414. col. 1. circ. fin. ibi:* von der Rechtfertigung abzuſtehen / vermahne. vel, quod debere ſe ſcit, ſolvat, *Petr. Rebuff. ad ord. regn. tom. 2. tit. de merc. minor. vend. gloſſ. fin. n. 5. Hering. de fidejuſſor. cap. 19. n. 71.* aut, ſi cauſa dubia eſt, Clientulum inducat ad concordiam & compoſitionem amicabilem, *arg. c. fin. extr. de transact. & c. diſcordantes. diſt. 90.* Oſtfrieſiſche Hoffgerichts Ordnung / *tit. 6. ibi:* die Partheyen zur güte vermahnen. Sin mala & iniqua, eamq; non ad vincendum, ſed differendum & concordandum dumtaxat ſuſcipiat, æquè inexcuſabilis eſt, *Cagnol. in d. l. ea eſt natura. n. 14. ff. de R. I. quem refert Umm. diſput. ad proceß. judiciar. 2. theſ. 8. n. 42. circ. fin.* imò ſcienter, vel per craſſam juris ignorantiam (quæ quatenùs in alium Advocatorum aliquem non cadit, latæ culpæ ſpecies eſt, *per l. latæ culpæ. de V. S. l. pen. ff. de jur. & fact. ignor. Peck. in c. qui contra jus. n. 5. de R. I. in 6.* compar ſcientiæ, *l. nec ſupina. ff. de jur. & fact. ignor. gloſſ. in clement. 1. verb. ſcienter. extr. de conſang. & affinit.*) adjutabilem ſi dederit operam cauſæ injuſtæ, parti tenebitur de damnô omni & intereſſe, *per l. non eſt ignotum. C. de adminiſtr.*

*miniſtr. tutor. Hoſtienſ. in ſumm. extr. de poſtuland. n. 5. Gutierr. practic. quæſt. 29. n. 1. & Dd. comm.*

## CONCLUSIO SEXTA.

ADvocati eſt, quod cauſa deſiderat, ejusvè poſtulat utilitas, agere (a); de litis quotâ hautquaquam paciſci (b); abſtinere à dolo & fraudibus (c); ſtudere liti abbreviandæ (d); non variare, aut prævaricari (e); temperare ſe à convicijs (f); malis non uti cautelis (g); & nihil - non aliud (h).

a) *text. in l. quisquis. §. 1. ibi: litium poſcit utilitas. & ibi: agant, quod cauſa deſiderat. C. de poſtuland. l. rem non novam. §. patroni. ibi: nihil ſtudij relinquentes. C. de judic. l. 1. §. advocatos. ibi: qui agendis cauſis quoquô ſtudiô operantur. ff. de var. & extraordin. cognit.* Cammergerichts Ordnung / *part. 1. tit. 62. & 64. ibi:* die Partheyen dero ſachen ſie zu handlen annehmen / mit gantzen vnnd rechten trewen meynen. & quidem

A parte ACTORIS;

Quum judex non, niſi imploratus, ſuum impertiri ſoleat officium, *l. dies cautioni. §. hoc autem. ibiq; Bart. & Dd. comm. ff. de damn. infect. l. ad peremtorium ibi: ut primò quis petat. ff. de judic. l. properandum. §. 1. C. Eod.* Advocati erit, ſupplicare pro decernendis proceſſibus, *eleganter & latè Petr. Frider. Mindan. 1. de proceſſibus. 2. & ſeqq. Denai. tit. jur. Camer. 2420.* aut pro impetrandis, ſive obtinendis mandatis cum vel ſine clauſulâ, *de quibus latiſſimè idem Frider. Mindan. de proceſſib. lib. 2. per tot. Gilhauſ. in arbor. judiciar. cap. 1. ram. 1. de mandat.* Libellare, articulatim aut ſummariè, *Auth. offeratur. C. de lit. conteſtat. Novell. 53. cap. 3. c. fin. extr. de libell. oblat.* Cammergerichts Ordnung / *part. 3. tit. 12. §.* Zum andern. Item exigere cautionem judicio ſiſti, *§. ſed hodie. ibiq; Vultei n. 14. & §. ſin autem. in fin. inſt. de ſatisdat.* Oſtfrieſiſche Hoffgerichts Ordnung / *tit. 23.* reusq; litem ut conteſtetur, *Dd. Comm. in l. unic. C. de lit. conteſtat. & c. unic. extr. Eod. c. unic. ibiq; Hoſtienſ. Eod. in 6. Obrecht. in tractat. de lit. conteſtat. cap. 10.* Oſtfrieſiſche Hoffgerichts Ordnung / *tit. 24.* probare inſuper, hoc eſt, id, de quo

contro-

controvertitur, demonſtrare, *l. exceptiones. ibi: poſtquam actor demonſtraverit. C. de probat. l. actor. ibi: neceßitate monſtrandi contrarium. C. Eod.* Oſtfrieſiſche Hoffgerichts Ordnung/ *tit 32 33. 34. & 35.* non quidem parti adverſæ; cui nunquam ſatisfaceret probatio, etiamſi quis Solem ipſum ad oſtendendam Veritatem geſtaret in manibus, *Oldendorp. in tractat. de probat. pr. Maſcard de probat. lib. 1. pr. quæſt. 2. n. 24. Clud. de condict. ob turp. cauſ. cap 4. n 30.* ſed judici, *l. quingenta. in fin. ibi: approbare judici. ff. de probat. l. 1. C. de condict. ob turp. cauſ. l 2. ibi: Præſidi provinciæ probamus. C. ex quib. cauſ. major in integr. reſtit.* Tum factô probatô, inſtituere allegationes, ac diſputare ipſum factum, vel jus, quod in factô probato obtinet, *arg. l. ſi ex plagis. §. in clivo. ff. ad L. Aquil. l obligamur. §. pen. ff. de oblig. & act. l. cum duobus pr. ff. pro ſocio.* Quanquam ea, quæ juris ſunt, judici perſpecta eſſe debent, *juxta vetus illud verbum: Curia novit jura, Mynſing. centur. 5. obſerv. 88. n. 6. VVehner. in obſerv. pract. d. verb. Juſticiweſen. pag. 412. col. 1. in fin.* Et alioqui ad judicem ſpectat, intermiſſa ab Advocatis de jure ſupplere, *tot. tit. C. ut quæ deſ. Advocat. part. jud. ſuppl.* In causâ deniq; concludere, hoc eſt, ipſam litem cognitioni judicis ſubmittere, *facit c. paſtoralis. extr. de cauſ. poſſeß. & propr.* Oſtfrieſiſche Hoffgerichts Ordnung/ *tit. 42. pr. ibi:* zu der Vrtheil beſchloſſen vnd *ſubmittirt.*

A parte REI.

Actore non comparente, petere, circumduci terminum Citatorij, *l. & poſt edictum. §. 1. ibiq; gloß. & Dd. ff. de judic. VVurmbſer. tit. 7. obſ. 2. n. 1.* vel procedere juxta *l. properandum. §. & ſiquidem. C. de judic.* lite conteſtatâ; aliàs ſecundum *Novell. 112. cap. 2. & Auth. qui ſemel. C. quomod. & quand. jud.* Cammergerichts-Ordnung/ *part. 1. tit. 42. §.* wo aber der Kläger. Oſtfrieſiſche Hoffgerichts Ordnung/ *tit. 39.* quod & à parte actoris fieri poteſt, Cammergerichts-Ordnung/ *d. p. 1. tit. 43.* Oſtfrieſiſche Hoffgerichts-Ordnung. *d. tit. 39. & 41.* Tum allegare exceptiones, ſi quas habet; etiam notorias, *Bart. in l. 1. n. 10. ff. de except. & in l. ſi unus. §. pactus, ne petenti. n. 18. ff. de pact. Lanfranc. in c. quoniam. cap. 4. de except. n. 13. extr. de probat.* & quidem dilatorias, antè ingreſſum & conteſtationem litis, *l. exceptionem. C. de probat. l. pen. & l. fin. C. de except. Zanger. de except. part. 3. cap. fin. n. 7. & ſeq.* Oſtfrieſiſche Hoffgerichts-



richts-

richts Ordnung/ *tit. 22.* peremptorias, lite jam conteſtatâ adusq; ſententiam, *Zanger. d. loc. n. 50. & ſeqb.* Oſtfrieſiſche Hoffgerichts-Ordnung/ *tit. 31.* paucis exceptis, de quibus *Vide-ſis VVeſemb. ad tit. C. de except. n. 10. Zanger. d. tractat. part. 2. cap. fin. n. 25 & ſeq. & part. 3. cap. 26. n. 28.* easq; probare, *Joh. Baptiſt. Aſin in prax. Florent. §. 3. cap 1. n. fin. facit l. 1. ff. de except. l. in exceptionibus. ff. de probat.* quatenus & quando, *V. Zanger. d. part. 3. cap. 26. n. 146. & ſeqb.* item reconvenire actorem, *l. cùm Papinianus. C. de ſentent. & interlocut. c. 1. & c. 2. extr. de mut. petit. Novell. 96. cap. 2.* Oſtfrieſiſche Hoffgerichts-Ordnung/ *tit. 25.* Ab eodem exigere juramentum calumniæ, ſuper bonâ cauſâ ſuſceptâ & deinceps proſequendâ præſtandum, *gloſ. in c. 1. verb. tacitè. de juram. calum. in 6. l. 1. & 2. C. de juram. prop. calumn.* Oſtfrieſiſche Hoffgerichts-Ordnung/ *tit. 26.* Lite conteſtatâ, reſpondere ad articulos, *c. 2. de confeſſ. in 6.* Cammergerichts-Ordnung/ *part. 3. tit. 15. §.* zum andern. *Gail. 1. obſerv. 82. n. 4. Græv. lib. 1. concluſ. pract. 82.* ſimpliciter, hoc eſt, ſine appendice, modovè, purè ac ſigillatim, *Denaiſ. tit. jur. camer. 269. pr. Ferrarienſ. in prax. tit. de form. poſit. gloſ. 6. & ſeqb.* vel diſtinctivè, Cammergerichts-Ordnung/ *part. 3. tit. 15. §.* zum andern. *in fin.* Oſtfrieſiſche Hoffgerichts-Ordnung/ *tit. 31. pr.* Poſthæc æquè diſputare factum, vel jus, in quô factum fundatur, *per jam dicta*; tandemq; in cauſâ concludere; nec non alterutrâ partium triumphante, & ubi ſententia in rem judicatam tranſijt, ſupplicare pro impetrandis Executorialibus, *Joh. Baptiſt. Aſin. in prax. Florent. §. 31. cap. 2. ampl. 2. Umm. diſput. ad proceſſ. judicior. ult. n. 20. in pr. facit* Cammergerichts-Ordnung/ *part. 1. tit. 48. pr. ibi:* daß einem jeden auff ſein Anruffen. *& ibi:* auff Anruffen deß gewinnenden Theils. Oſtfrieſiſche Hoffgerichts-Ordnung/ *tit. 46. pr. ibi:* vff Anruffen der obliegenden Parthey.

b) *l. ſi qui advocatorum. ibi: emolumenta ſibi certæ partis, &c. C. de poſtuland. l. ſumtus quidem. ff. de pact. l. ſi contra. C. mandat. c. infames. 3. §. arcentur. & ſeq. quæſt.* Cammergerichts-Ordnung/ *part. 1. tit. 46. ibi:* noch einige Geding mit jhnen deßhalben machen/ *& tit. 62. & 64. ibi:* mit den Partheyen keinerley Vorgeding oder Vorwort/ ein Theil von der Sachen/ deren ſie *advocaten* ſind/ zu haben oder zu erwarten/ machen. Reichsabſchied zu Speyr/ *de Anno 1557.*

§. deß-

